# ALLEGATIONES IVRIS IN FACTO CAVSAE VERTENTIS IN SVPREMA CVRIA CATHALONIAE SVPER VICECOMITATV DE RODA.

HIC ALMA SA-

LVX TERRIS, LVTIS IMAGO.

REDDITA

BARCINONE.
Excudebat Claudius Bornat.
1580.

# TYPOGRAPHVS.

HAbes hic lector beneuole, Allegationes Grauiſsimorum Iuris conſultorum communicatis conſilijs, in vnum collectas in fauorem Don Ioannis de la Nuça, & contra Don Martinum de Torrellas & de Bardaxi, & Donnam Margaritam de Bernuy: In facto cauſæ inter eos vertentis in ſuprema Curia Cathaloniæ ſuper Vicecomitatu de Roda. In quibus, ſi lectione non grauaberis, veram iuris circa factum, de quo quæſitum eſt, reſolutionem conſiderabis, con tineriq́ue fateberis.

# CHRISTI NOMINE INVOCATO.

IN CAVSA VICECOMITATVS DE RODA, in qua ſunt competitores,& collitigantes Don Ioannes de la Nuça, Donna Margarita de Bernuy,& Don Martinus de Torrellas alias de Bardaxi, Argumentum cauſę eſt, cui ex tribus olim cõpetitoribus contra hęredes Philippi Albert, nunc autem hoc eſt poſt Regiam ſentẽtiam collitigantibus: nam vnus ſuo prætenſo iure ius per alterum prætenſum opponendo ſe illi infringere,& eneruare intẽdit, cui inq̃ ex his potius pertineat ius ſucceſsionis in Caſtris, Villis,& locis Vicecomitatus de Roda in eadem Regia ſententia deſignatis. Etenim is agendi ordo,& diſcutiẽdi forma in dicta ſententia partibus preſcripta fuit, declaratione in effectu ſuper his reſeruata. Atq; ita introduci poſſe videntur ad inſtar iudicij, in quo plures apud eundem iudicẽ agerent ad eandem rem. Nam quiſq; in eo iudicio petitoris partes tenet,& contradictoris,& is obtinere debet, qui potiora iura oſtenderit.

In quo quidem argumento, vt poſtulatum de iure reſponſum, mature diſcuſſo proceſſu inter dictas partes continuato, exhiberi appareat, facti ſeries,& dubia ex ea in iure reſultantia per ordinem proponuntur.

Don Franciſcus de Fenollet Vicecomes de Roda, à quo omnes competitores & collitigantes ius & cauſam primam, atq; originariam prętendunt, cum filiam ſuã Donnam Francinam Don Petro de Torrellas matrimonio copularet in capitulis matrimonialibus per ipſum,& Don Martinum de Gurrea patrem dicti Don Petri principaliter firmatis,& iuratis in caſu quo ipſe Don Franciſcus Vicecomes ſine filijs legitimis maſculis ex Donna Graida vxore decederet, contemplatione,& ex cauſa dicti matrimonij in dotem,& ſeu in augmentum dotis donauit dictæ Donnę Francinę Vicecomitatum de Roda cum locis & Caſtris eiuſdem ſpecialiter deſignatis cum pacto, vinculo, & conditione: ꝙ dicta Donna Francina teneretur de Vicecomitatu,& locis in dicta dotatione, & donatione comprehenſis hæreditare filium maſculum primogenitum ex eo matrimonio naſciturum, cum tali tamẽ pacto & conditione, ꝙ dictus filius primogenitus teneretur ſe nominare de Perellos,& facere ac deferre arma, & nomen de Perellos ſine aliqua alia mixtura. Si vero contingeret dictum filium primogenitum decedere ſine filijs maſculis legitimis, vel ꝙ nollet facere,& deferre nomen,& arma de Perellos, in tali caſu filius ſecundogenitus ex eodem matrimonio naſciturus haberet,& hæreditaret dicta Caſtra & loca, qui pariter teneretur deferre nomẽ & arma de Perellos abſq; aliqua mixtura,& ꝙ ita ſeruaretur,& ſeruari deberet inter filios maſculos prædictorũ Donnę Francinę,& Don Petri de vno in alium vſq; ad vltimum ſeruato ordine primogenituræ. Rurſus fuit conuẽtum in dictis capitulis matrimonialibus, ꝙ dictæ partes,& earum quęlibet tenerentur iurare in poſſe notarij de firma dictorum capitulorum rogati, ꝙ tenerẽt, ſeruarent,& complerent omnia & ſingula in dictis capitulis contenta,& contra illa nec aliquid illorum non facerent, nec venirent, nec fieri conſentirẽt ſub pœna periurij & infamiæ. Et de facto prædicti Don Franciſcus de Fenollet,& Don Martinus de Gurrea in poſſe & manibus publici notarij firmarunt dicta capitula,& promiſerunt,& ſe adinuicem obligarunt omnia & ſingula in dictis capitulis cõtenta tenere,& ſeruare realiter & cum effectu iuxta eorum continentiam,& tenorem:& cõtra ea nec aliquid eorum nõ facere, nec venire, nec conſentire ꝙ fieret aliquo tẽpore aliqua cauſa, modo

vel ratione ſub obligatione perſonarum & bonorũ. Ac etiam pro maiori firmitate, validitate, & ſecuritate omnium & ſingulorum in dictis capitulis contentorum ſupradicti Don Franciſcus de Fenollet, & Don Martinus de Gurrea, prout quemlibet eorum tangebat iuxta formam & tenorem dictorum capitulorum, iurarunt in poſſe dicti notarij vt publicæ & autenticę perſonæ pro dictis partibus, & earum qualibet, & pro illis quorum intereſſet, vel intereſſe poſſet legitime ſtipulantis & recipiẽtis, ad dominũ Deum, & ſuper crucem ac ſancta quatuor euangelia coram illis poſita & eorum manibus corporaliter tacta tenere, ſeruare, & cuſtodire, & cũ effectu adimplere capitula ſupradicta, & vnumquodq; illorum & omnia & ſingula in illis & quolibet eorum contenta iuxta illorum continentiam, & tenorem, & contra ea vel aliquid ipſorum non facere, nec venire, nec conſentire q̃ fieret aliquo modo. Quæ acta fuerunt Cæſarauguſtæ. 15. Iunij. Anni à natiuitate domini. 1454.

Ex matrimonio prædicto inter dictum Don Petrum de Torrellas, & Donnam Francinam contracto nati fuerunt duo filij maſculi, videlicet Don Ioannes de Gurrea & de Torrellas primogenitus, & Don Franciſcus de Torrellas ſecundogenitus (quẽ abhinc Don Frãciſcum de Perellos nũcupabimus, quẽadmodum ipſe cũ ad perfectã peruenit ætatẽ ſemp ſe noĩauit) & alię quædã filiæ fœminę, atq; inter eas vna Aldũtia appellata.

Mortuo dicto Don Petro de Torrellas, dicti Donna Francina, & Don Franciſcus de Fenollet ſuperuiuentes prædictam Alduntiam eorum filiam & neptem reſpectiue matrimonio collocarunt cum Guillermo de Caramany francigena, eiuſq; matrimonij cauſa eidem Alduntiæ vt prætenditur dotationem fecerunt de Vicecomitatu prædicto de Roda, eiusq; Caſtris ſpecialiter deſignatis, in vim cuius dotationis ius in dicto Vicecomitatu prætendit altera ex collitigantibus videlicet Margarita de Bernuy dictæ Alduntię neptis ex filia, & eidem vniuerſaliter ſuccedens.

Deceſsit ſucceſsiue dictus Don Franciſcus de Fenollet nullis alijs ſuſceptis liberis, & ita euenit conditio, ſub qua in primis capitulis matrimonialibus dictum Vicecomitatũ donauerat Donnæ Francinæ filiæ, & filijs maſculis ex ea, & eo matrimonio naſcituris, ſcilicet ſi ipſe don Franciſcus de Fenollet abſq; filijs legitimis maſculis ex Donna Graida vxore decederet.

Cæterum ſuper extantibus ex dicta donna Francina, & don Petro de Torrellas prædictis duobus filijs maſculis don Ioanne, & don Franciſco, anceps inter eos orta fuit cõtrouertendi cauſa circa iura ſucceſsionis. Nam fuerat quidem filius primogenitus maſculus, & ita dictus don Ioannes in prioribus capitulis matrimonialibus ad dictum Vicecomitatum de Roda primo loco vocatus ſub ea tamẽ lege & conditione (vt dictum eſt) q̃ teneretur nomen & arma de Perellos abſq; aliqua alia mixtura aſſumere. Ex contrario nõ poterat ipſe paterna frui ſucceſsione ex ſpeciali maiorum prouiſione, niſi nomine etiam paternę domus retento & conſequenter propter cõditionum contrarietatem nõ poterat vtramq; ſucceſsionem, & maternæ ſcilicet dotationis & paterne hereditatis obtinere, ſed aut vnam tantũ aut alteram pro arbitrio electam retinere. Quapropter aliarum etiam litium iuſta formidine fuit tandem nomine dictorum fratrum & ſororum in paterna etiam ſucceſsione ius prętendẽtium, ac etiã per dictam donnam Francinam eorum matrem firmatum cõpromiſſum in Petrum Michaelem, & Petrum Lana Iuriſperitos Cæſarauguſtæ, ſecutaq; in eo fuit arbitralis ſentẽtia. 15. Maij anni. 1480. in cuius capite decimoſexto dictus Vicecomitatus de Roda, & Caſtra eiuſdem deſignata dicto don Frãciſco de Perellos filio ſecundo genito dictorũ don Petri de Torrellas, & donnæ Frãcinę fuerũt adiudicata: & iniunctũ don Ioanni de Gurrea & de Torrellas primogenito, vt omnia & quæcunq; iura ſibi ad dictum Vicecomitatum pertinẽtia cederet, renuntiaret, & transferret in dictum eius fratrem ſecũdogenitum ſucceſsione paterna dicto primogenito prius adiudicata. Qua quidem ſentẽtia arbitrali lata, & per dictos donnã Francinam, don Ioannem, aliosq; qui cõpromiſſum firmauerant laudata & emologata, ad maiorem illius firmitatem dictus don Ioãnes primogenitus renũtiauit, ceſsit, & tranſtulit omnia, & quæuis iura, & actiones ſibi in dicto Vicecomitatu, & Caſtris pertinẽtes, & pertinẽtia in dictum don Franciſcum eius fratrem ſecundogenitum,

quemad-

quẽadmodum in inſtrumẽtis inde confectis,ad quæ habetur relatio, latius cõtinetur.

Rurſus lapſis à dicta arbitrali ſentẽtia ijs annis dicta donna Frãcina volẽs(vt aſſeruit) adimplere voluntatem,diſpoſitionẽ,& legem à dicto don Franciſco de Fenollet in primis capitulis matrimonialibus præſcriptam,donationem,& hæreditamentum fecit de dicto Vicecomitatu de Roda,& eius Caſtris,& omnibus bonis tã mobilibus,q̃ immobilibus,iuribus, actionibus præſentibus & futuris dicto don Franciſco de Perellos eius filio ſecũdogenito:multis tamẽ ſubiectis retẽtionibus & cõditionibus, & ea inter alias: ꝙ ſi ipſe don Franciſcus donatarius abſq; liberis decederet,bona donata ad ipſam donnam Francinam donatricem,vel ad eum in cuius fauorem ipſa inter viuos,vel invltima volũtate diſpoſuiſſet,reuerterẽtur. Eamq; donationem cum cõditionibus & retentionibus dictus don Franciſcus de Perellos acceptauit,& firmauit.

Deceſsit poſtmodum dictus don Frãciſcus de Perellos abſq; liberis,hęredemq; in teſtamẽto reliquit vniuerſalem donnam Graidam ſororem ſuam,& vxorẽ relictam don Martini de la Nuça,quorũ cõiugum nepos ex filio & ſucceſſor vniuerſalis eſt don Ioannes de la Nuça alter ex nunc in prẽſenti cauſa collitigãtibus,& ius in dicto Vicecomitatu ex perſona dicti don Franciſci de Perellos,& donnæ Francinæ prætendens.

Mortuo itaq; dicto don Franciſco de Perellos,orta rurſus fuit cõtrouerſia ſuper iuribus dicti Vicecomitatus inter dictam Graidam de la Nuça illius ſororem & hęredẽ vniuerſalem exvna,& dictum don Ioannem de Gurrea,& de Torrellas parte ex alia:firmatumq; inter eos extitit aliud cõpromiſſum in Antonium Auguſtin Iuriſperitum Cęſar auguſtæ. Qui in ſua arbitrali ſentẽtia die.18.Octobris.anni.1500.promulgata de cõſenſu & volũtate dictę Graidæ,magis q̃ in viam iuris declarauit,& cõdemnauit eam,ad renuntiãdum omnia iura, quæ ex quacunq; cauſa in dicto Vicecomitatu ad eam pertinerent & ſpectarent in fauorem dicti don Ioannis eius fratris primogeniti,ſub eo tamen vinculo,ꝙ caſu quo ipſe don Ioannes decederet abſq; filijs legitimis,& de legitimo matrimonio procreatis vel deſcẽdẽtibus illius,vel illorum maſculis dictus Vicecomitatus reuerteretur ad filios legitimos maſculos dictę Graidę de la Nuça.

His ita compoſitis prędicta donna Francina adhuc ſuperſtes iterum fecit quandam inſolutum dationẽ de eo Vicecomitatu prædicto don Ioanni de Gurrea & de Torrellas filio eius primogenito, cuius pronepos ex filia,& ſucceſſor vniuerſalis eſt dõ Martinus de Torrellas tertius ex collitigantibus,qui ius in dicto Vicecomitatu ex perſona dicti don Ioannis proaui ſui prætendit.

Moritur ſucceſsiue dicta donna Francina, inſtituta in teſtamento hęrede vniuerſali dicta donna Graida de la Nuça eius filia. Deceſsit etiam dictus don Ioannes de Gurrea & de Torrellas nullis relictis filijs maſculis,ſed tantũ duobus nepotibus ex donna Catherina de Bardaxi filia præmortua,ex quorum vno don Ioanne de Bardaxi natus fuit don Martinus de Torrellas alias de Bardaxi alter ex nunc collitigantibus prædictis. Et naturæ quoque debitum tandem perſoluit dicta donna Graida de la Nuça relicto filio maſculo don Ioanne de la Nuça ſibi hęrede vniuerſali,patre huius alterius don Ioannis de la Nuça collitigantis prædicti.

¶Ex prædicta facti ſerie fideliter ex proceſſu & actis collecta,ſex dubia oriũtur principaliter in prẽſenti cõſultatione examinãda, & certis in iure cõcluſionibus deſcindẽda.

## PRIMVM DVBIVM.

Nunquid valida,& irreuocabilis fuerit conditio appoſita per don Franciſcum de Fenollet donationi ex cauſa dotis de Vicecomitatu de Roda factæ donnæ Frãcinæ eius filiæ in capitulis matrimonij inter eam & don Petrum de Torrellas contracti in fauorem filiorum maſculorũ, qui ex eo matrimonio naſcerentur,adeo ꝙ iuri ea de cauſa dictis filijs maſculis quæſito contraria dictorum don Franciſci de Fenollet donatoris,& donnæ Francinæ donatarię voluntate abinde non potuerit derogari?

## SECVNDVM DVBIVM.

Poſito ꝙ valida & irreuocabilis fuerit dicta cõditio

Vtrum valida fuerit ſecunda donatio,quæ poſt prædictam de eodem Vicecomitatu etiam in capitulis matrimonij,& ex cauſa dotis facta prætẽditur per eoſdem don Franciſcum de Fenollet,& donnam Francinam eius filiam donnæ Alduntiæ de Caramany

eorum filiæ & nepti reſpectiue?

## TERTIVM DVBIVM.

Poſito q̃ nullius momẽti fuerit dicta ſecunda prætẽſa donatio.

Nunquid ex vi prioris arbitralis ſentẽtię latę per Petrum Michaelem, & Petrum Lana, & renuntiationis inde ſecutę dicti donna Francina, & don Ioannes de Gurrea, & de Torrellas primogenitus fuerint excluſi ab omni iure, quod in dicto Vicecomitatu prætendere, & ſperare potuiſſent, & an ex eiſdẽ cauſis don Franciſcus de Perellos ſecundo genitus eorũ iuribus in ſe trãſlatis fuerit dicti Vicecomitatus dñs, & poſſeſſor effectus?

## QVARTVM DVBIVM.

Poſito quod fuerit.

Vtrum mortuo dicto don Franciſco de Perellos abſq; liberis Vicecomitatus de Roda ad donnam Francinam eius matrem ſuperuiuentem redierit ex vi cõditionis, & vinculi, ſub quo dicto don Franciſco per dictam donnam Francinam ſimul cum omnibus bonis donatus fuerat, videlicet q̃ decedente dicto don Franciſco donatario abſq; liberis bona donata ad dictam donnam Francinam donatariam reuerterentur?

Poſito q̃ nõ ſed q̃ dictus Vicecomitatus ad donnã Graidã de la Nuça vt hæredẽ vniuerſalem dicti don Frãciſci iure hæreditario deuolutũ fuerit.

## QVINTVM DVBIVM.

An iuribus dictæ donnę Graidæ de la Nuça quicq̃ præiudicij illatũ fuerit ex cauſa ſecundę arbitralis ſententiæ per Antonium Auguſtin latę, qua dicta Graida condemnata fuit ad renuntiandum iura ſibi in dicto Vicecomitatu pertinẽtia, in fauorem don Ioannis de Gurrea fratris primogeniti?

## SEXTVM DVBIVM.

Poſito nõ tñ cõceſſo q̃ Vicecomitatus de Roda per mortem don Franciſci de Perellos abſq̃ liberis ad dõnam Frãciſcã eius matrẽ ex vi cõditionis & vinculi de quo in gnto dubio redierit.

Nunquid valida fuerit in ſolutum datio per dictam donnam Francinam de Vicecomitatu de Roda poſtremo facta don Ioanni de Gurrea, & de Torrellas eius filio primo genito, an vero hac in ſolutum donatione caſſa, & irrita apud dictam donnam Francinam permanens, ad dictam donnam Graidam de la Nuça, cui per dictam donnam Francinam ſimul cum vniuerſa hæreditate in teſtamẽto relictus fuit, & ita ad hũc don Ioannem de la Nuça dictę Graidę nepotẽ ex filio & ſucceſſorem pertinuiſſet, et ſpectaret?

1 AD PRIMAM † dubitationem accedendo, quãuis pro validitate pacti vinculorũ, & cõditionum, ſub quibus dotatio ſeu donatio prædicta per don Franciſcum de Fenollet donnæ Francinæ filiæ facta fuit: hoc eſt q̃ firmum validumq; fuerit pactum illud in capitulis matrimonij & dotis conſtitutione conuẽtum, quo filius primogenitus maſculus, vel alij filij maſculi ex eo matrimonio naſcituri ſub certa lege & ordine ad Vicecomitatus de Roda, & Caſtrorum eiuſdem in ea dotatione comprehenſorum ſucceſsionem vocabãtur. Et rurſus q̃ nihil in præiudicium iuris ex eo dictis naſcituris filijs quæſiti per dictos cõtrahentes paciſci, fierive potuerit, vera ac receptiſsima ſit in iure concluſio, attamen, vt eius veritas euidẽtius appareat, per cõtraria diſcutietur. Quoniã vt inquit Pau. de Caſt. conſ. 23. in princi. li. 1. Quemadmodum aromatum hæc eſt natura, vt longe magis cõtrita redoleant: ita veritas quanto magis conteritur, & oppugnatur, tanto clarior expulſis nebulis in lucem progreditur.

2 Et primo † contra pacta & cõditiones prædictas facere videtur prima cõſideratione tex. in. l. quidam referunt. poſt princi. de iure codicillo. vbi nullius (inquit) momẽti eſt legatum, quod datum eſt ei, qui tempore codicillorum in rebus humanis non eſt, licet teſtamẽti tẽpore fuerit: eſſe enim debet cui detur, deinde ſic quæri, an datum cõfiſtat, vt nõ ante iuris ratio q̃ perſona quærenda ſit. Ex cuius textus generali ratione conſtare videtur nullius eſſe momenti donationem ei factam, qui tempore ipſius diſpoſitionis in rebus humanis non fuerit.

3 Nam in † omni acquiſitione vt de iure effectum ſortiatur, duo extrema habilia requiruntur, Primum à quo proficiſcitur, Secundum ad quem dirigitur: quæ quidem habilitas in duobus potiſsimum conſiſtit, potentia videlicet & voluntate: quoniam ab his ex ſententia Boetij. li. iiij. de conſolatione philoſo. omnis humanorum actuum effectus dependet, & regulatur. Et proinde quemadmodum in diſponẽte prędicta duo ſcilicet, potentia & voluntas habilia deſiderantur. c. cum ſuper abbatia, & ibi docto. de offi. dele. l. cum te.

cum te.& ibi Bal.C.de dona.ante nup.l.omne verbum.vbi etiam Bald. nu.7.verſi.nota tex.C.cõmu.de legat.& idem Bal.conſ.cccxxvj. Rex romanorũ.nu.2.li.j.eadem quoq; in eo,in quem acquiſitionis effectus dirigitur,requiri certum eſt.q; enim potẽtia & capacitas acquirẽdi in eo ſit neceſſaria,eſt tex.in.l.ſi genero.C.de iure dotiu.in §.eſt autem caſus.inſti.de hęre.inſtitu.in.l.collegiũ.C.eod.titu. in.l.manicheos.ver. ipſos quoq;.C. de hęreti.& in.l.hi qui ſanctam.C.de apoſta. & q; in eodem volũtas & cõſenſus tacitus vel expreſſus deſideretur,notãt docto.in.l.quę dotis.ſolu.matri.in.l.qui tacet.de regul. iur.in.c.qui tacet.& in.c.is qui tacet.eo.titu.in.vj.l.j.§.pactum.& §. conuentionis.de pactis.& in.l.certum.§.ſi quis abſente.de confeſsis.

Et conſequenter † nullum ius his acquiri poſſe videtur,qui nondum nati ſunt,nec in rerum natura producti, quorum nulla voluntas, nullave acquirendi potẽtia cõſiderari poteſt: iuxta maximam Philoſo.Non entium nullę ſunt qualitates,neq; potẽtię.c.ad diſoluendum.de deſponſa.impu.c.vni.vt eccleſi.benefi. ſine dimi.confe.l.eius qui in prouincia.§.q; ſi ſtipulatus.& ibi poſt alios Iaſ.nu.3.de reb.credi.l.ſi ſeruũ mihi.§.j.de actio. empti.l.ij.de vſufruc.l.iiij.locati.l. ad eo.§.q; ſi toto. de acqui.rer.domi.Domini.Gemi. conſ.cxxij.Quia reuerẽde.nu.1.in fi.Deci.conſ.cxlvij.Et pro tenui facultate. ad finem. Hierony. Grat.conſ.xxx.nu.28.lib.j.& conſ.ij.in præſenti.nu.62. lib.ij. Marcus Mantua. conſ.xcj.Præſens cauſa.nu.26.& Curti.iuni.conſ.xiiij.Viſis.nu.8.li.j. 4

Qua ratione † deportatis & in metallum damnatis interdicta eſt acquiſitio.l.j.C. de hęre.inſtitu.l.ſi quis mihi bona.§.ſi quis plane. de acqui. hęre.l.ſi in metallũ. de his quæ pro nõ ſcrip.haben.&.l.quidam.de pœnis.nam hi cũ ſint ſerui pœnæ effecti.l.in metallum.de iure.fiſci.&.d.l.quidam. de pœnis. perinde habẽtur,ac ſi in rebus humanis non eſſent.l.interdicit in fi.de cõditio.& demons.l.j.§.quidam filium.de bono. poſſe. cõtra tabu.l.cum hic ſtatus.§. ſi donator.de dona.inter vi. & vxo.l.ex facto.§. ſi quis rogatus. ij.ad.s.C. trebel.l. res vxoris.C.de donati.inter vi.& vxo.§.ſi vero decretum. auten.de nupti.&.l.ſeruitutem.de reg.iur. 5

Et idcirco † deficiente ſubiecto perſonæ,qualitas acquiſitionis ſubſiſtere nõ poteſt: quia regulariter nõ eſt dabilis qualitas permanens ſine ſubiecto.l.Pomponius.§.acceſsiones. de acqui.hære.c.inter dilectos. de fide inſtru.d.l. eius qui in prouincia.& ibi Iaſ.poſt nu.3.de reb.credi.Bal.in.l.ij.poſt nu.1.verſi. gloſa tenet.C.de bono.poſſe.contrata.& in.l.omnium.nu.1.C.de teſtamen.ordi.Alexan.conſ. ccxxxiij.Ponderatis.nu.8.li.vj.& Phili.Corne.conſ.iij.nu.10.li.j. 6

Secundo † in omni acquiſitione regulari duplex operatio requiritur,actiua videlicet eius qui diſponit,& paſsiua illius cui acquiritur: nec quicq̃ prior actiua operatur, niſi etiam cõcurrat ſecũda operatio paſsiua.Nam ex ſentẽtia Philoſo.in.ij.de anima. Actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito.Cæterum vbi is cui ius venit quærẽdum nõ eſt in rerũ natura,operatio paſsiua dici nõ poteſt bene diſpoſita: quoniã † nõ entis nulla eſt actio nullaq; paſsio.vt dicit glo.in.c.bone.el.j.in verb.natura.de electio. Cardina. conſ.cxxxix.Factum tale eſt magiſter Bartholomæus.nu.4.& Phili. Probus.in additio. Ioan.mona.ad.c.nemo poteſt.nu.2. de regul.iur.in.vj. Non entis nullę ſunt ſpecies nec diferentiæ ſecundum Philoſo.& Ioan.mona.in.c.j.nu.9.de cõfeſsis.in.vj.Non entis nullæ ſunt cauſę.Alex.conſ.cxcvj.Viſo teſtamento. nu.15.lib.ij.Corne.conſ.cxiij. Viſa fuit. nu.9.li.ij.& conſ.j.Circa primum.nu.2.lib.iiij.Et deniq; quod caret eſſe,caret virtute & operatione.Alex.conſil.ccxvj.Placet admodum.circa medi.li.vj.& Phili. Probus in additio.Ioan.mona.ad.d.c.j.nu.55.de confeſsis.in.vj. 7 8

Tertio † facit in ſimili tex.cum glo.in.c.abbate ſane.de re iudica.in.vj. per quem notat ibi Phili.franc.in verſi.Allegabatur autem.nu.3.q; licet in teſtamẽto legata relinqui poſsint monaſterio cõſtruendo.c.nos quidem.de teſtamen.imo etiam hæres vniuerſalis in teſtamẽto inſtitui poſsit eccleſia cõſtruenda,tamen donatio inter viuos facta monaſterio nõdum conſtructo,vel eccleſię,quæ nõdum eſt nullius eſt momenti. vt etiam eſt tex.cum glo.in.c.ad audientiam.ij.& ibi docto.de eccle.ædifi. notat Bar.in.l.ſeruos. circa medi.de alimen.& ciba.legat. aſsignans rationẽ diuerſitatis inter legatũ & donationem: quoniam donatio eſt contractus, qui fieri non poteſt,niſi ſit perſona cum qua cõtrahatur:quẽadmodum per eãdem rationem cõſuluit idem Bar.cõſil.xxvj.Teſtator 9

in teſta

in teſtamento. nu.1.Floria.in.l.ex parte.§.ſeruo libertatem.fami.hercis. Ioan. de Imol. in.d.c.nos quidem de teſtamen. in penul.col. Angel. conſ. cxxix. bona dicti teſtatoris. nu.1.& Stepha.Bertran.conſ.j.Viſo.nu.4.li.ij.& cõſ.cccij.Viſis copijs. nu.1.li.iij. Ex quibus ad propoſitum inferri videtur,ex donatione de qua agimus nullum ius filijs nõdum natis,nec cõceptis & ita in rerum natura nõ exiſtẽtibus acquiri potuiſſe.

10 Quarto † dato q̃ ius aliquod in ſpe dictis filijs maſculis naſcituris quæſitũ fuiſſe conſiderari poſſet,illud tamen ius debile,infirmum, & ad nutum donatoris & donatarię reuocabile cẽſendum eſſe videtur,argumẽto.tex.in.l.fi.ibi & in ea volũtate vſq; ad extremum vitæ ſpacium perſeuerauerit.C.de pactis. vbi licet pactum de futura ſucceſsione certo modo diſponẽda ſuſtineatur & valeat: cõſentiẽte eo de cuius ſucceſsione agitur, tamen poteſt ipſe ab eo cõſenſu & voluntate præſtita pro libito vſq; ad extremum vitę recedere,eamq; reuocare.notat ibi Pet.de bellaper.col.ij.verſi.dimitamus iſta brocardica Bar.col.fi.poſt medi.verſi.Quarto eſt videndum Bal.nu.22.ver. primo caſu. Angel. ad fin.Pau.de Caſt.nu.3.verſi.in quarta parte.Roma.nu.5.Franciſ.Areti.nu.2.in.iiij.nota.Alex.poſt princ.verſi.in textu ibi perſeuerauerit.Iaſ.nu.12.Deci.nu.6.Curti.Iuni.nu. 7.& modernio.& Pet.de Ancha.conſ.cccciij. Viſo diligenter tenore.nu.3. Habet enim vt ipſi dicũt talis paciſcendi forma vim ſupremi iudicij,vt eſt tex.notabi.in.l.ſi filia.§.ſi pater.cum ibi nota.fami.her.& in.l.parẽtibus.C.de inofi.teſta. & proinde ad libitũ volũtas mutari & variari poteſt iuxta naturam ſupremi iudicij, quæ ea eſt,vt ambulatoriũ & mutabile ſit vſq; ad mortem.l.iiij. de adimen. legat.l. ſi quis in principio teſtamenti. de lega.iij.l.diui.§.licet.de iure codicil.&.§.poſteriore.inſt.quem.teſta.infir.

11 In † qua ratione fundari poteſt quod cõſuluit Oldra.conſ.ccxxxj.Vt eius de quo quę ritur.poſt princi. quòd ſi pater inter viuos bona ſua inter liberos diuiſerit,certas partes vnicuiq; aſsignando,poteſt nihilominus ab ea diuiſione recedere, eamq; mutare,vel reuocare tanq̃ vicem ſupremi iudicij obtinẽtem.ſequitur Bal.in.c.j.§.item ſacraméta.nu. 17.verſi.Quæ fuit de facto,de pace iuramen.firman.Roman.in repiti.rubri. de iureiur. quæſtione.iiij.& Marti.Lauden.in tracta.de primogenitu.quęſtio.xiiij.

12 Quinto † poteſt qui feudum acquiſiuit pro ſe,liberiſq; ſuis & deſcẽdẽtibus nihilominus de eo diſponere in pręiudicium liberorum,vel ſaltem vni ex liberis cui maluerit illud integrũ relinquere,non obſtãte iure quod cæteri liberi ex nominatione de eis in acquiſitione facta ſibi quæſitum fuiſſe prætẽderent,huius ſentẽtię fuerunt Andre.de iſer. & Matth.de afflic.in.c.j.de aliena.feud.pater.Aluaro.in.c.j.§.fi.cõcluſiõe.xviij.&.xlvij. quæ fuit prima cauſa beneficij amiten. Imol.in.l.filiusfamilias.§.cum pater.in princi. & in.l.ſi domus.§.fi.ad fin.de legat.j.& in.c.potuit.col.x.de locato. Iaſ.in.l.in emphiteoticarijs.nu.214.C.de iure emphiteo,Signorol.de Homode.conſ.xj. Quidã nomine.nu.1. verſi.venio ad ſecũdam.Alex.conſ.xxviij.in cauſa & lite.nu.1.verſi.ſtante.& nu.11.col. v.in princi.li.v.& conſ.xviij.Attentis narratis.nu,8.eo.li.v.Bartholo.Cepola.cauſarum ciuili.conſ.xxxj.Super cauſa & lite.nu.10.Curti.ſenior.conſ.lxxxij.Deus pius.in princi. verſi,& in hoc paſſu.Corne.conſ.cxcix.in præſenti.nu.53.li.ij. vbi eam eſſe dicit cõſuetudinẽ q̃ primus acquiſitor in præiudicium deſcendẽtium poſsit libere de feudo diſponere,q̃uis ipſe illi indiſtincte non acquieſcat. & idem Corne.con.xxvij. circa primum. nu.13.&.19.& conſ.lj. Videtur.nu.1.verſi. Sed his non obſtantibus.lib.iij. & Caro. Rui. conſ.xlv,Habita ſuper his.nu.18.li.j.

13 Semper † enim debilius & infirmius exiſtimatur ius mihi ex alterius facto & prouiſione quæſitum,q̃ ex proprio facto & prouiſione comparatum.l.ſi filius.§.erit diferentia. de fidei. liber.l.ſi quid in bello. de capti. & poſtli. reuer. Bar.in.l.ſi inſulam.col.ij.in vj.oppoſi.de verbo.obliga.Roma.conſ.xciiij.Viſis his quæ narrãtur.nu.5.Paul.de Caſt. conſ.lvij.Primo videndum.nu.3.verſi. noſtra autem.& conſ.ccccxl. iſta quæſtio.ad fin. verſi. poſtremo facit.lib.j. Alex.d.conſ.xxviij.in cauſa. nu.1.verſi. Stante itaque.li.v.& con.cciiij.Viſo themate.nu.4.lib.vij.

14 Sexto &vltimo † vrgere videtur deciſio Bar.in.l.qui Romę.§.flauius.ad finem verſi. vlterius habetis.de verbo.obli.ubi propoſita hac ſpecie, Sẽpronius Titio quẽdam fundum donauit hac lege,vt poſt certum tẽpus fundus ille eſſet cuiuſdam eccleſiæ,quærit

nunquid

nũquid poſtmodum Sempronius donator pactum illud, & conditionem in prę̃iudiciũ eccleſię remittere poſsit donatario: & decidit iure poſſe conditionẽ illam tolli à donatione ſolius donatoris vel vtriuſq; donatoris ſcilicet & donatarij cõtraria volũtate per tex.in.l.iij.de ſeruis ex portã.vbi ſi quis ſeruum hac lege vẽdiderit, vt intra certum tempus ab emptore manumitatur, ita demum ſeruus ex ea cõditione in ſui fauorem appoſita libertatem elapſo tempore præfinito cõſequitur, ſi venditor in eadem perſtiterit voluntate eam cõditionem emptori minime remitẽdo. ad idem tex.in.l.iij.qui ſine manumiſsio ad liber.perueni.& in.l.j.C.ſi manci.ita fue.aliena.vt manumita. Bartolum in eodem.§.flauius.ſequũtur Pet.de bexu. Imol. Franciſ. Areti. Alex. poſt longam diſputationem.nu.9.ver. tertius caſus. Socin.nu.16.verſi. Quinta concluſio. & Iaſ.nu.14. qui poſt alios per eum relatos hanc eſſe cõmunem & veram deciſionem determinat: quã etiam cõfirmat late Socin.conſ.xxv. Dominus Franciſcus.nu.14.& ſequen. lib.j.& Caro. Rui. conſ.vij. Quæritur, nu.5.li.j. ex ea generaliter inferẽtes cõditionem in fauorem tertij abſentis in donatione appoſitam, poſſe cõtraria donatoris voluntate reuocari, & donatorio in tertij ipſius præiudicium remiti,

15 ¶ Sed præmiſsis † nõ obſtãtibus, ꝓut vere nõ obſtãt, quinimo vt extranea à facto de quo quæritur reputari & cenſeri debẽt, vera atq; indubitabilis eſt cõcluſio in initio ꝓ validitate & irreuocabilitate pacti & cõditionis prędicte cõſtituta.

16 Nam † ꝙ validum fuerit tale pactum in dictis capitulis matrimonij cõuentum, ꝙ dos ſub certa lege ad naſcituros ex eo matrimonio filios deuolueretur, probatur expreſſe in l.ſi inter virum de pactis dotali. & expreſsius in.l.diui cõſtantini.ver.pactis.C.de natura.libe.vbi pactis (inquit) quæ matrimonij tẽpore ſuper dotalibus vel antenuptias donationis rebus ſubſecuta fuerint etiam ad ipſorũ perſonas filiorum videlicet qui antea nati fuerint pertinẽtibus, & vna cum fratribus ſuis poſtea ex eiſdem parẽtibus forte progenitis dotis & ante nuptias donationis pro tenore legum nec minus pactorum emolumenta percipiãt. ad idem tex.in.l.pater pro filia.C.de pactis cõuen.dicens. Pater pro filia dotem datam genero ea prius in matrimonio defuncta nepotibus pactus reſtitui, licet is actionem quærere nõ potuit, tamẽ vtilis eis ex æquitate accommodabitur actio. notat Bal.conſ.xxij. Quædã domina nicolina.nu.1.&.2.lib.v. Egidi. bellame. conſ.xvij. Contrahens matrimonium, col.fi. Guido Papæ, conſ.xij. Ex facti narratione.nume.1.& conſ.liiij. Cum in facti narratione.nu.6.& conſ.lx. Ad dubia.nu.4.& conſ.clxxvj. Pro definitione.nu.4. & in ſuo ſingula.xxiij.verſi. Pactum factum eſt in cõtractu matrimonij. Deci.conſ.ccxlv.in cauſa.nu.3.& conſ.ccccclxxviij. Viſo conſilio.nu.9. Stepha. Bertran. conſ.ccxcix. Aliâs cum ſcriberem.nu.1.li.j.& conſ.j. Viſo conſultationis themate.nu.10. li.ij.& conſ.cccij. viſis copijs.nu.6.verſi. Sed cõtra prædicta.li.iij. Caſſane.conſ.liij. Franҫoys.col.iij.verſi. Pro deciſione primi dubij.& idem Guido Papę Deciſio.cclxvij. Pactũ factum.& Deciſio.ccccv. Factum eſt pactum.referens in Parlamento delphinatus pro validitate pacti huiuſmodi concluſum & determinatum fuiſſe.

17 Quamuis † enim tale pactum de futura ſucceſsione appellari poſſe quis vellet, quod tamen nõ eſt vſq; adeo expeditũ: nihilominus iure cõmuni probata eſt cõuentio de futura ſucceſsione certo modo diſponẽda, ſi nõ vniuerſam ſucceſsionẽ, ſed bona quędam vel caſtra ſpecialiter deſignata reſpiciat, ita vt nõ auferat neq; impediat paciſcenti liberam teſtamẽti factionem. l.j.C.vt ab hęre.& cõtra hęre.l.ſi quis argẽtum.§.ſed ſi quis.C. de donatio.l.omnes.§.lucius. quæ in frau. credi. legitur & notatur in.l.ſi ita quis.§.ea lege.de verbo.obliga.in.l.ea lege.C.de condic.ob cauſam. & in.d.l.ſi.C.de pactis. vbi poſt alios lancelo. Deci.col.j.verſi. limita tamen.& Iaſ.nu.7.verſi. Quarto limita. hanc interpretationem ad illum textum & ſimiles adnotarunt & docto.in.l.ſtipulatio hoc modo concepta.de verbo.obli. vt ibi poſt eos explicat Iaſ.nu.11.& moder. Oldra.conſ.cxxxix. Ad habẽdam. Bar.conſ.lxxij. Ex facto ꝓponitur ꝙ nobiles viri.nu.1. Angel.conſ.clxxix. Viſis prædictis inſtrumẽtis.nu.1. Paul.de Caſt.conſ.cccxxiiij.ſuper ſecũdo puncto.nu.1. verſi. cõtrarium.li.j. Alex.conſ.lxxxiij. Viſa facti narratione.nu.6.verſi.& in propoſito. li.ij.& conſ.xxviij. Ponderatis.nu.7.circa fin.verſi. non obſtat etiam id quod traditur.li.

iij.& conſ.xxix.Perſpectis.nu.10.li.v.cum mul.ſimil.

18 Et tanto magis † cõcurrente fauore & honore matrimonij nam ſub tali pacto nobiles inueniũt nobiliores per quos nobilitas creſcit & augetur, & ſæpe matrimonia effectum nõ haberent,niſi ea lege dicta,vt filij ex eo cõiugio naſcituri in certis bonis ſeu caſtris ſuccederẽt.vt cõſiderauit Bal.in.c.j.§.filij nati.nu.1.ſi de feu.fue. cõtro.inter domi. & agna.quem ibi alij ſequũtur.Deci.in.l.pactum quod dotali.nu.11.verſi.ſed aduertendum.C.de pactis.&.d.conſ.cccclxxviij.poſt.nu.9.Stepha.Aufreri.in additio. Quæſtionis Capellę tholo.cccclij.in additione incipien. ita tenet imo. circa medi.& Guillerm. benedic.in repetitio.c.Raynuntius.in verbo.duas habens filias,poſt nu.200. extra de teſtamen.qui ex eo motiuo æquitatis & fauore matrimonij pactum etiam aliâs à iure improbatum ſuſtineri tradiderunt.

19 Nec mirum eſt † ꝙ matrimonio effectus huiuſmodi à prædictis tribuatur,quẽ cuiuſlibet alterius cõtractus liciti & approbati cõnexitas operari ſolet.l.ſi quis ſeruum. cum glo.in verbo reſtiturũ.de actio.emp.l.ij.§.illud.verſi.plane.de hære.vel actio.vendi. per quæ cõcludit Pet.de bellaper.in.d.l.ſi.col.ij.in princi.C.de pactis.ꝙ licet de iure reprobata ſit cõuentio de hereditate tertij viuentis.in.d.l.ſi. & in.l.quidam in iure.§.ſi. de donatio.& in.l.ex eo inſtrumẽto.cum glo.fina.C.de inuti.ſtipula. valet tamen quotiẽs fieret in cõſequentiam vel propter neceſsitatem alterius cõtractus liciti.idem Bar.in ead. l.ſi.in prima lectu.col.ſi.verſi.Quarto eſt videndum.& in.ij.lectu.col.ij.verſi.aduerte tamẽ.Bal.nu.22.Angel.ad fin.nu.6.verſi. Quarto & vltimo.& poſt alios. Iaſ.nu.7. in ſexta limitatione.Guiller.benedic.in.d.c.raynuntius.d.verbo.duas habens filias. nu.236.verſi. tertio fallit.& Geor.natan.in.c.q̃uis pactum.nu.66.verſi.tertio fallit.de pactis.in.vj.

20 Quibus † adijcitur tex.in.l.ſi ſpõſus.§.generaliter. de dona.interrui.& vxo. per quem cõſuluit Andrę.Sicul.conſ.ij.clementiſsimi dei.col.v.circa medi.li.j.Donationem inter virum & vxorem à iure prohibitam valere,ſi nõ principaliter, ſed in conſequẽtiam facta fuerit.Suadente id vulgata iuris regula,per quam multa in cõſequentiam fieri permitũtur,quę principaliter denegãtur,l.j.de auctori.tuto.l.cõditionibus pupillus.de condi.& demonſ.l.interdum.§.qui furem.de furtis,&.l.non ſolum.§.ſi.de procura.

21 Confirmat prædicta † communis obſeruãtia & apud omnes fere gentes recepta conſuetudo,quæ talia pacta & cõditiones quibus in capitulis matrimonij filij ex eo naſcituri vocantur ad eo admiſit,vt nunq̃ fere abſque ea conditione matrimonia inter nobiles præſertim & magnates contrahantur. Cuius quidem conſuetudinis & communis obſeruantiæ magna eſt autoritas.l.imo.de legib.

22 Per eam † enim actus de illicito licitus redditur & cõtractus inualidus roboratur.l.ſi in emptione.de cõtra.emptio.l.vẽditor.§.ſi conſtat.commu. prædio.l.ſemper in ſtipulationibus.de regu.iur.l.certi condictio.§.ſi nummos.de reb.credi.c.dilecti.extra.de arbitris.&.l.athletas.de his qui notã.infami.vbi notat Bal.in.ij.notabi.nõ eſſe recedẽdum ab opinione cõmuni & generali,& ꝙ cõmunis & generalis opinio facit aliquid eſſe licitũ.

23 Vnde † pacta futurę ſucceſsionis de iure illegitima plerunq; per cõſuetudinem legitimantur.Bal.in.l.pactum quod dotali.in.ij.oppoſi.C.de collatio.& ibi Salice.col.ſi.verſi. Quæro primo. Paul.de Caſt.nu.8.verſi.in gloſa. Corne.nu.6.& Iaſ. nu.4.verſi. Quarto idem Bal.in.l.cum archimedoram.nu.12.C.vt in poſſe.legato.& in.d.§.filij nati.nu.1. Aufreri in.d.additio Quæſtionis Capel.Tholoſane.cccclij.& Deci.in.d.l.pactum quod dotali.poſt nu.11.C.de pactis.

24 Et † contractus aliâs ſuſpecti ſi communiter præſertim apud bonos viros ſoleant frequẽtari ſuſpitionem amitũt.Bal.in.l.j.nu.39.C.vt in poſſe.legato.Oldra.conſil.ccvij.Vnuerſis ad fin.vbi corroborat (inquit) cõtractum ipſum, & ab omni ſpecie illiciti reddit alienum ipſius regni cõſuetudo,ſecũdum quam talis cõtractus cõtinue celebratur. Bartholo.Cepola.in tracta.de ſimula.cõtrac. in Quinto caſu principali.nu.95. & ſequen.& idem caſarum criminaliũ.conſ.xiij.Stante quodam decreto.nu.24.Iaſ.conſ.cliij.Præſuponitur in facto.col.v.ad finem.verſi.Septimo facit.li.iiij. & Ste.Bertran.d.conſ.j.nu.12. lib.ij.Alibi dicit Bal.in.l.per diuerſas.nu.2.in fi.C.mandati. ꝙ cõſuetudo poteſt contractus probare & improbare.Dicit etiam Iaſ.in.l.certi iuris. nu.6.verſi. tu nota quarto.per illum

illum tex. C.de iudici.q̃ conſuetudo facit licitum & probabile quod alias non eſſet.quẽ refert & ſequitur Caſſane. in conſuetu. Burgun.titu. des droyts & apartanan.§.xxiij. in glo.ſuper verbo.& qui ne ſont pas payes.nu.6.

Qua † etiam ratione ſcriptura vel probatio aliâs de iure ineficax & inualida plenam 25
fidem facit ſi cõſuetudine & cõmuni obſeruantia fuerit approbata.c.cum dilectus.de fi de inſt.vbi poſt Innocen.Hoſtien. Anto.de But.& alios notat Abb.nu.6.& Feli.nu.35.di cens illum tex.ad hoc eſſe meliorem de iure.ad idem tex.in.c.j.ſecũdum lectu. Hoſtien. de appellatio.vt ſequitur Abb.in.c.ij.nu.7.verſi.ad prędicta.& nu.9.de probationi.idem Inno.in.c.j.ad fin.& ibi Abb.nu.3.in decimo requiſito.verſi.aduerte tamẽ.de fide inſtru. & poſt Anto.de but.& Imol.Feli.in.c.ſcripta.nu.26.eo.titu. Specu.in titu.de inſtru.editio.§.nunc dicẽdum.nu.8.verſi.hoc quoque.& ibi Ioan. And.in additione magna.verſi. Septimum ſuplemẽtum. Bal.in rubri.C.de fide inſtru. nu.45. & in.l.comparationes.nu. 10.verſi.ego addo.eod.titu.cum multis ſimi.

Vt tandem † nõ immerito ad maiorẽ pacti de quo nos agimus firmitatem oſtẽdendã 26
eius frequẽs vſus & communis obſeruãtia ponderetur per Deci.d.conſ.ccccIxxviij. nu. 9.& Bertran.d.conſ.ccxcix.nu.1.verſi.Quibus adijcio.li.j.&.d.conſ.j.nu.11.verſi.Quibus adijcio.li.ij.Quamuis vt ex præcedẽtibus apparet illud his adminiculis nõ egeat cũ etiã circũſcripta conſuetudine & nõ attento motrimonij fauore certum ſit tale pactum per ſectam ex ſe ipſo de iure cõmuni habere firmitatem.Iuuat tamen quæſtiones in fortioribus & magis dubitalibus terminis decidere tum ad iudicis animum plenius informãdum,tum etiã quia ſi id de quo minus videtur ineſſe, ineſt,ergo & id de quo magis.Phi loſo.in.j.poſterio.c.cum in cunctis.cum glo. de electio.auten. multo magis.C. de ſacro. eccle.& Nicola.Euerar.in Topicis.loco.lxv.à minore.

Præſupoſita † igitur & pro cõſtanti habita pacti prædicti & cõditionis validitate:al- 27
tera poſitę cõcluſionis pars,videlicet q̃ nihil in præiudicium iuris in vim dictę cõditionis filijs maſculis naſcituris quęſiti per dictos Don Franciſcum de Fenollet donatorem & Donnam Francinam donatariam dictam cõditionem remitẽdo vel aliâs paciſci fieri ve potuerit tribus principalibus fundamentis comprobabitur.
Primo ex vi pacti & conditionis prædictę qua filij maſculi. dictorum Donnæ Francinæ,& Don Petri de Torrellas vocati fuerunt maxime ſtipulatione vallatę.
Secundo ex vi connexitatis & cohærentiæ contractus matrimonij.
Tertio ex vi iuramenti quod dictis conuentionibus & pactionibus acceſsit.

Ad primum † reuertẽdo q̃ dicta cõditio irreuocabilis fuerit ex vi pacti conuenti fir 28
mat in primis Ioan.And.in additio. Specul.titu.de inſtru. editio.§.nũc aliqua.verſi.cum quis legat.nu.17.in additione incipiente per ſuperiora patet qui (quidquid dicãt Alex. & Iaſ.in.d.§.flauius.) vere illud probat in illis verbis quę ipſi non recte ponderarũt.Sed ſi nõ do vel dono,ſed depono apud titium rem tradẽdam Seyo,non trãſfero dominiũ, propter quod ante traditionem reuocare potero &c.Aduertẽda eſt dictio illa (ſed) poſita inter donationem & depoſitum, cuius naturę eſt aduerſari in iure & in facto.l.hoc amplius.§.de his autem. de damno infec. & late Iaſ. poſt alios in.l.patris & filij. nu.6. de vulga.& pupilla.& cõſequenter cum Ioan.Andre. in depoſito aduerſatiue ad donationem decidat q̃ ſi depono apud Titium rem tradẽdam Seyo potero ante traditionẽ mãdatum de re ipſi Seyo tradẽda in eius præiudicium reuocare:cõtrarium aperte ſenſit in donatione,ita q̃ ſi donauerim rem titio poſt tẽpus tradẽdam ſeyo,non poſsim interim illud mãdatum ſeu cõditionem in Sey prędiudicium reuocare.Nec obſtat q̃ de hac Ioã. Andrę,autoritate agens voluit Alex.conſ.cciiij.Viſo themate.nu.5.li.vij.illam videlicet non loqui quãdo etiam Titius donatarius cõſentiret donatori in prędiudicium Sey.Hic enim intellectus manifeſta ratione cõfunditur. Nam cum valde vtilis fuiſſet Titio donatario dictæ cõditiõis & grauaminis de re tradẽda Seyo reuocatio,vt ita libere poſſet de ea re ſibi donata diſponere:quemadmodum iure receptiſsimum eſt tacẽtem nõ præſumi in his quæ ſibi vtilia ſunt cõtradicere imo potius cõſentire.c.qui tacet.cum ibi nota.de regu.iur.in.vj.& in.l.quæ dotis.ſolu.matri.ita etiam q̃is Ioan. Andrę. non exprimat donatarij cõſenſum in ea grauaminis reuocatione cõcurriſſe nihilominus cum nec

dicat illum contradixiſſe magis eum in rebus ſibi vtilibus conſentiẽtem q̃ contradicentem cõſideraſſe videtur. Rariſsime enim in ſimilibus cõtingit cõtradictio: cum nedum homines ratione fruẽtes, verum etiã animalia irrationabilia quæq; ſibi vtilia appetant, & nociua repellãt: interpretatio autem in dubio ad ea aptari debeat, quæ frequẽter contingunt, non ad ea quæ raro. l. nam ad ea. de legi.

29 Hæc circa † dictę Ioannis Andręę deciſionis intellectũ idcirco ſcripta ſunt, vt intelligatur allucinatos fuiſſe Alex. & Iaſ. in d. l. qui Romæ. §. Flauius. qui illam male ad effectum prædictum à Paulo de Caſt. alijsq; grauiſsimis doctoribus allegari cenſuerunt.

30 Tum † etiam quia nõ parui æſtimanda eſt tanti viri ſcilicet Ioan. And. autoritas, quæ magna eſt & celebris, cum fuerit fons & tuba iuris canonici, & optimus legiſta. vt dicit Ioã. Calderi. in. c. veſtra. de cohabi. cleri. & mulie. & refert Curti. Senior. conſ. j. circa primum. nu. 12. vbi etiã refert Lapum dicẽtem, ꝙ Ioãnes Andre. habuit mirabilem grauitatem ingenij, & redarguentẽ doctorem quẽdam, qui dicebat Ioãnem And. habuiſſe erroneam opinionem. Is enim fons & tuba iuris canonici appellatur à Bal. conſ. cxxvj. Repetitur. nu. 1. in fi. li. j. quod eſt duplicatum. li. v. conſ. cclxxxix. nu. 5. & iuris vtriuſq; lucerna ab Angel. cõſ. cclxxxj. Exorta fuit inimicitia. col. iij. & iuris vtriuſq; fons & tuba. à Socin. conſ. lxxvij. In præſenti. nu. 19. li. j. Et alibi dicit Bal. in. c. cum olim. de re iudi. ꝙ vbi habet opinionem Ioan. Andręę, nõ vult recedere ab ea tanq̃ fundamento iuris. Quem deniq; Papa ad ſe veniẽtẽ hac ſalutatiõe recepit, Bene veniat, qui lux mũdi cognominatus eſt. vt refert Anto. de Prato. in proœmio ad reporto. Bartoli. & Curti. Senior. d. cõſ. j. nu. 12.

31 Vt † non immerito tanti doctoris auctoritate fretus, & dictam eius deciſionẽ ſecutus Paul. de Caſt. in d. l. qui Romæ. §. Flauius. nu. 3. de verbo. obliga. aduerſus Bartoli opinionem in vltimo prioris ſentẽtiæ fundamẽto allegatam, concludat ꝙ ſi donauerim tibi rẽ aliquam cum pacto, vt poſt mortem tuã ad alium perueniat, ius illi tertio ex tali pacto quæſitum tolli nõ poteſt per pœnitẽtiam contrahentium: & ſubdit ipſe Paul. ꝙ hæc eſt tutior ſentẽtia contra Bartolum, refertq; illam tenuiſſe Frãciſcum de Albergo. aduocatum Florentinum & diſcipulum Bartoli. in. d. l. iij. de ſeruis exportan. In eadem etiã opinione reſidet idem Paul. de Caſt. in. l. in inſulam. §. fi. ad fin. nu. 3. ſolu. matri. vbi generaliter decidit, ꝙ ius tibi quæſitum ex meo cõtractu, ſtipulatione, ſeu pacto reuocare, vel tibi auferre nõ poſſum. allegãs tex. in. l. j. §. ij. de ſtipu. ſer. & quod notat glo. magna. in. l. certi cõdictio de reb. credit. idem Paul. de Caſt. in. l. ſi pecuniã in princi. nu. 11. de cõdictio. ob cauſam. vbi refert ꝙ vidit reprobari per plures cõtrariam deciſionem Bartoli. in. d. §. Flauius. Et Roma. in ea. l. ſi pecuniam. nu. 22. vbi etiam poſt lõgam diſputationem cõcludit Bartolum in. d. §. flauius. male dixiſſe. Et idem Paul. de Caſt. in. l. ſi cum vẽderet. nu. 5. de pigno. actio. Sali. in. l. quotiens. C. de dona. quæ ſub modo. & in. l. j. C. ſi manci. ita fue. alie. vt manu. dicens ꝙ forte Bartolus nõ bene determinauit, & denique multi & magis cõmuniter docto. tenẽt in hoc cõtra Bartolum vt teſtatur Guiller. Benedic. in. d. c. Raynũtius. in verbo ſi abſq; liberis moreretur. el. ij. in materia fideicõmiſſa. ſubſti. nu. 23. Quibus additur ꝙ etiam cõtra Bar. tenuit Aufreri. in deciſ. Capell. Tholoſa. ccccliij. in additione finali ad fin. Bal. conſ. cclxx. Quædam mulier. ad finem. li. j. Ioan. de Imol. conſ. viij. in caſu præmiſſo. circa fin. nu. 9. alijq; infra in cõtrariorum ſolutionibus allegandi.

32 Confirmat † ſecundo hoc primum principale fundamẽtum Iaſ. ſibi contrarius conſ. ccxiij. nobilis Melchion. nu. 3. col. iij. ad fin. verſi. ſimiliter. li. ij. Aduertatur enim caſus dicti cõfilij in quo ſolum & ſimplex pactũ abſq; ſtipulatione pro liberis abſentibus ipſius Melchionis donatarij interuenit: vt etiam exprimitur in eodem conſ. col. ij. verſi. Præterea etiam, vbi ſpecialiter fit obiectio de doctrina Bar. & ſequaciũ. in. d. §. Flauius. & nihilominus cõcludens Iaſ. in. d. verſi. Similiter hæc verba ſcripſit. Similiter prior epiſcopus poſtq̃ ſemel fecit donationem dictorum bonorum Melchioni & eius filijs, non poteſt amplius nec ipſe, nec eius ſucceſſor etiam cõſentiente Melchione facere aliam donationem, vel diſtributionẽ dictorum bonorum vel ipſi Melchioni, vel alteri perſonæ etiã piæ in præiudicium filiorũ, quibus iam eſt ius acquiſitum ex prima donatione, quæ eſt irreuocabilis & irretractabilis. Hæc Iaſ. decidens in multo fortioribus terminis controuerſiam noſtrã, ꝙ ius quæſitum liberis donatarij etiam ex ſimplici illorũ vocatione

in donatione

in donatione facta licet nullo pro illis abſentibus ſtipulante retractari, ſeu reuocari non poteſt etiam ex mutuo donatoris & donatarij conſenſu.

Et q̃q̃ † idem Iaſ. cõtrariæ fuerit opinionis.in.d.§. Flauius, hæc tamẽ illius ſentẽtia cũ 33
qua conſulendo cõcludit illi quam legẽdo ſuſtinuit, eſt præferenda. ſecũdum Bar.in.l.ſi pater. C. de inſti.& ſubſti. dicens, q̃ licet in diſcurſu lectionum aliquid tenuerit, tamen poſtea occurrente de facto caſu voluit melius,& ſubtilius videre,& mutauit opinionẽ. idem Bar.in autẽ.ceſſante.C.de legiti.hære.Rapha.Cuma.conſ.lxxxvj. Circa primum. in princi. Alex.conſ.clxxxv. Viſo titulo.nu.32.li.ij.vbi. Quia (inquit) actus conſulendi eſt magis deliberatus Andre.Sicul.in.c.cum cõtingat.nu.28.de foro cõpeten. & conſ.j. Ex ſacris.col.xxiiij.circa medi.li.j. & Curti. Senior. conſ.lxxv. ſuper motiuis.ad finem. Et propterea q̃uis etiam Alex.in.d.§.Flauius.dictam Bartoli deciſionem defenderit, de eadem tamẽ dubitat in conſ.cvij.In cauſa Nicolai de Campegio.nu.2.verſi.tertia ratio. li.iiij.& magis cõtra eam inclinare videtur, dicens q̃ plures in varijs locis illam reprehẽ dunt.vt etiã facit Corne.conſ.lxviij.Ardua quidem.nu.11.lib.iij.& Deci. conſ.ccxxxix. Primo nõ videtur.nu.5.col.iiij.in primi.verſi.nõ obſtant allegata.vbi dicit, q̃ cum multi in eo teneant cõtra Bartolum, nõ videtur in eius opinione poſſe fieri fundamẽtum.

Tertio † certum eſt q̃ ex donatione facta per patrem filio cõtemplatione matrimo- 34
nij,& liberis ex eo matrimonio naſcituris acquiritur ius ipſis liberis, etiam nullo pro eis ſtipulante vt decidit Guido.papę conſ.xij. Ex facti narratione.& conſ.liiij. cum in facti narratione.ad finem.vbi Plus dico (inquit) q̃ per dictam donationẽ fuit ius quæſitum etiã liberis dicti domini Antonij ex dicto matrimonio ſuſceptis, per verba ibi,& liberis ex ipſo matrimonio procreãdis, licet tunc temporis nõ forent nati &c. At vero hæc eſt regula, q̃ ius alicui ſemel quæſitum, nõ poteſt ab eo abſq; voluntate ipſius auocari.l.id quod noſtrum.de regul.iur.cui regulę inhærẽdum eſſe tanq̃ firmamẽto dicit Bal.conſ. cccxxvij.Pridie enim.nu.12.li.j.is enim damnũ patitur, cui ius etiam ex lucratiua cauſa ſemel quæſitum aufertur.l.liberto octuaginta.de bonis liberto. nulli autem permiſſum eſt conſilium vel voluntatem mutare in alterius damnum & iniuriã.l.nemo poteſt mutare.de regul.iur.&.c.mutare.eo.titu.in.vj.cum vulgat,

Quarto † ex ſuperiori ratione ad prædictorum confirmationẽ infertur id, quod poſt 35
Sed in dicto † Cathaloniæ principatu extat de ea re & in terminis quæſtionis,de qua tractatur perſimilis conſtitutio Regis Petri tertij in curia Perpiniani cap. 26. cuius hæc ſunt verba. A foragitar fraus,los quals ſobre les coſes deius ſcrites ſouint ſe cometẽ,ordenam e ſtatuhim que ſi alguna carta ſe eſdeuendra eſſer feta per fills a llurs parents,o per qualſeuol altra perſona,a qualſeuol altra en diminutio, derogatio,o preiudici del heretament,o donatio feta,o faedora per aquells parents,o qualſeuol altres a lurs fills, o a qualſeuol altres en temps de noces, ay tal carta ſia nulla,caſſa,e irrita ipſo iure. &c. Per quam conſtitutionẽ aperte prohibetur parẽtibus & quibuſcũq; alijs diminuere,derogare,vel præiudicare hæreditamento vel donationi factę & ordinatę tẽpore nuptiarum in fauorem filiorum vel aliorum quorumcunq;.Et ponderanda eſt dictio illa vniuerſalis quorumcunq;,totiens in ea conſtitutione repetita,qua ſignificatur conſtitutionem loqui,& intelligendum eſſe non diſtincto,an hæreditamentum factum fuerit in fauorem abſentium vel præſentium,natorum,vel naſciturorum. 64

Vis enim † illius dictionis quæcunq; & ſimilium eſt,vt maiora expreſsis comprehendat.glo.in clemen.ne romani.in ver.quouis modo. de electio, in cle.j.in ver.quibuſcũq; de iudici.& in cle.j.in ver.quauis.& ibi.Imol.col.ij.de ſenten.& re iudi.& in cle.ij.in glo. fina.de rebus eccle. non alienã. Alex.conſ.cxviij.in caſu.nu.5.li.v.Cepola cauſarum criminalium.conſ.xiiij.Pro declaratione.nu.11. Andrę. Sicul.conſ.xij. Scribitur. col.viij.in fine.li.j.& conſ.xxiij.Sapientiſsimus.col.ij.in prin.& conſ.xxvj.Sapienter ſcripſit.col.ij. ante finem.li.ij.dicens,q̃ illa dictio (alia) iuncta cũ vniuerſali quibuſcunq; copulat maiora expreſsis.& conſ.lxxxvij.illud referam.col.v. ante medi.li.iij.& conſ.xviij. clementiſsimum Deum.col.penul.poſt medi.& conſ.xxj. clemẽtiſsimum. col.iiij. ante medi.& conſ.xlj.immortalem.col.ij.ad finem.& conſ.xlvij. Clemẽtiſsimum.col.iij. ad finem.& conſ.xlviij.Clementiſsimum & immortalem.col.iij.in fi.li.iiij.Iaſ.conſ.cxlvij.Per decre- 65

tum.

tum.nu.3.li.iiij.& Deci.conſ.cccclxxxvj. viſis & conſideratis.nu.2.multisq; exemplis & auctoritatibus id explicat Hypoli.de Marſi.in.l.vnius facinoris.§.cogniturum. nu.22.& ſequen.de quæſtioni.

66 Vnde † notabiliter in propoſito tradidit Alex.conſ.xvij. in cauſa & lite. nu.5.lib.vj.℔ verba hæc in ſtatuto ſcripta,vel quæuis alia perſona,faciunt,& operantur,℔ cõprehendantur etiam illę perſonæ,quæ impropriæ dicerentur perſonę,allegat tex.in.l.mortuo. de fideiuſ.& glo.ſingularem.in.l.ij.in verbo alias.iuncta textui.C. de quadri.preſ.vbi apparet,℔ licet officium iudicis dicatur impropriæ actio vt notat glo.inſtitu. de actioni. in prin.tamen quando in aliqua diſpoſitione diceretur, vel alia quælibet actio, propter illud verbum quælibet,comprehẽderetur appellatione actionis etiam officium iudicis. hæc Alex.cuius ſentẽtiam (licet de illo non memoret) cõfirmat Alciat.in.l. mouentiũ. de verbo.ſigni.concludens,℔ licet iura improprię inter immobilia computẽtur,tamen ſi in ſtatuto fiat mentio de quibuſcunq; bonis ſiue mobilibus,ſiue immobilibus,de iuribus quoq; actum fuiſſe videtur.Nam illa (inquit) dictio quæcunq; propter generalitatem etiã ad hoſce improprios caſus trahitur:vnde quicunq; hæres,etiam hæredem improprie comprehẽdit,& cum de quibuſcunq; cõtractibus loquimur,etiam de abuſiuis dicimus:allegat Roma.in.l.id tempus.§.fi.nu.2.&.3.de vſucapio. ℔ licet legatarius per illum tex.in re legata improprię dicatur hæres, nihilominus appellatione cuiuſcunq; hæredis cõtinetur:quod multis auctoritatibus probat Marſi.in.d.§.cogniturum. & Curti. Iunior.conſ.j.facti contingentia.nu.2.parte.j.

67 Quòd † autem vis prædictę vniuerſalis dictionis etiã ad abſentes porrigatur,firmat. M.Cicero.in Epiſtola.v.ad Brutum.vbi explicans verba cuiuſdam legis Iuliæ,quæ erant huiuſmodi L Qui petit cuiuſuis ratio habebitur ſubdit,Aperte indicat poſſe rationem haberi etiam nõ præſentis. & conſequẽter exiſtimauit,dictionem illam cuiuſuis etiam abſentes cõprehendere.Ex quibus ad intellectum dictę conſtitutionis infertur,℔,cum in hæreditamẽto vel donatione facta per parẽtes,vel alios quoslibet filijs,vel alijs quibuſuis loquatur,caſum hunc iudicari debet comprehendere, quo hæreditamentum in fauorem liberorum abſentium,ac etiam non natorũ factum fuit,q̃uis nondum nati adhuc proprie liberi nequeant appellari. præſertim cum frequẽtiori vſu hæreditamenta in capitulis matrimonij in fauorem filiorum ex eo naſcẽdorum concipiantur,& proinde magis de huiuſmodi caſu ſenſiſſe legiſlatorem exiſtimandum ſit.l.ſemper in ſtipulationibus.de regu.iur.l.nam ad ea.de legibus.cum vulgat.

68 Nec obſtat † ſi quis diceret,prædictam conſtitutionem iuxta terminos iuris communis intelligẽdam eſſe,quando videlicet ſtipulatio pro liberis ipſis naſcituris interpoſita fuiſſet. Nam licet quoad ſpeciem facti noſtri in quo certa pro liberis interuenit ſtipulatio,vt ſupra cõſideratum fuit, impertinens ſit ea obiectio: obſtare tamen videtur intentioni,quatenus eam cõſtitutionem adduximus in confirmationem huius ſecundi principalis fundamenti, quo ex vi ſolius cohærentię contractus matrimonij,etiam ſtipulatione circunſcripta,irreuocabilitatem dictę cõditionis probare propoſuimus. Et ideo Reſpondetur Primo,℔ etiam de iure communi abſq; ſtipulatione ſola cohærentia matrimonij dictum irreuocabilitatis effectum in ſimilibus pactionibus operatur,vt cõſtat ex præallegata Guiller. Benedicti deciſione,alijſq; in eius cõfirmationem ſupra allegatis.Secundo cõtrarium nõ procedit quando ex verbis & tenore ſtatuti apparet ſtatuentes voluiſſe in aliquo iuri cõmuni derogare,vel ſpecialem edere conſtitutionem: vt certum eſt voluiſſe legiſlatorem in dicta conſtitutione de qua tractatur, tum propter fauorem nuptiarum ſpecialiter in ea põderatum, tum etiam propter illa verba,Ordenam,eſtatuim:quæ vt habetur in locis vulgaribus noui iuris promulgationem ſignificant.Tertio exploratum eſt de iure cõmuni omni caſu cõditionem in fauorem tertij ſtipulatam, irreuocabilem cenſeri,& proinde nõ poſſe tertium ipſum ea conditionis ſpe, ſeu vtilitate à principalibus cõtrahentibus defraudari. Sed dicta conſtitutio, vt ex eius prooemio colligitur, ratione fraudis remouendæ emanauit quam in ſimilibus contractibus ſæpe cõmitti ſolitam teſtatur:ergo caſus illos cẽſenda eſt includere voluiſſe, in quibus antea aliqua fraudandi tertios via patebat,& ita quãdo nulla pro illis interueniſſet ſtipulatio

nam aliâs

nam alias vt dictum eſt iam, ſtipulatio ipſa omnem fraudandi occaſionem remouebat, licet & hic caſus quãdo videlicet hæreditamẽta ſtipulata fuiſſent,à fortiori in conſtitutionis ipſius diſpoſitione comprehendatur.Et præſertim cum partim ob cauſam matrimonij,partim propter rationem fraudis vitandę conſideratam fauorabilis iudicari debeat,& propterea latiſsime interpretanda,& extendenda vt alibi infra dicetur. Nam cætera quæ dictę conſtitutionis declarationem reſpiciunt,in ſecundo dubio congruentiori loco explicabuntur.

TErtium † principale,atq; vltimũ fundamẽtum quo eadem dictarũ conditionũ & pactorũ irreuocabilitas probatur,eſt virtus iuramẽti per dictum Don Franciſcũ de Fenollet pręſtiti,quo mediãte dicta capitula matrimonialia,& vnumquodque illorũ, & omnia,& ſingula in illis,& quolibet eorũ contẽta tenere & ſeruare promiſit:cuius quidem iuramenti magna eſt vis,vt dicit Pet.de Ancha.conſ.clxxx.Viſa diligenter.nu.13.Et vt alibi exorditur idem de Ancha.conſ.ccxxvj.legitur in canone,ꝙ omne ꝙ agitur,tunc ſolidius ſubſiſtit cum iuramenti hoc interpoſitio roborat. xxij.q.j. c.omni iure enim diuino canonico & ciuili quinetiam pagano eſt vinculum arctiſsimũ quo ligamur nedum proximo,ſed etiam Deo ad obſeruãtiam promiſſorum.Nam vt ait Tullius.li.iij.de officijs.iuſiurandum eſt affirmatio religioſa, quod ſeruandum eſt quaſi Deo teſte promiſeris,nec maius vinculum ad aſtringendam fidem iureiurãdo maiores noſtri arctius ve eſſẽ voluerunt:id indicant leges in.xij.tabulis, indicant ſacra, indicant fœdera:hæc Pet.de Ancha.narratq; ibidem de Regulo,quẽ nec charitas patrię nec ſuorum retinuit,quin aperte reuerteretur ad exquiſita ſupplicia,ne tranſgreſſor eſſet iuramenti etiam hoſtibus præſtiti. 69

Atq; hic † inter cæteros iuramenti effectus notari ſolet,vt cõtractus ſui natura reuocabiles reddat irreuocabiles,excludatq; pœnitentię arbitrium.auten.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi.c.cum cõtingat.de iureiur.c.licet mulieres.eo.titu.in.vj.&.c.q̃uis pactum.de pactis.eo.li.vj.glo.quæ dicitur ſingularis.in.l.ſi pecuniam. in prin.in verb.ne ceſſe habeas.de condic.ob cauſam,vt eam ad id ſingularem facit Bal.in.c.quę in eccleſiarum.nu.24.ver.item ſi feudatarius.de conſtitu.Iaſ.in ea.l.ſi pecuniam.nu.25. & in.l.eum qui.§.ſi iurauero.nu.6.de iureiur. 70

Qua ratione † licet partes quæ communi conſenſu iuriſdictionem nõ ſui iudicis prorogarunt, pœnitere nihilominus poſsint vſq; ad litem conteſtatã.l.ſi conuenerit.de iuriſ.omni.iudi.Attamen interpoſito ab ipſis partibus iuramẽto,non amplius eis prorogationem reuocare vel voluntatem mutare permittitur, ex ſententia Franciſ. Areti. poſt Imol.in.c.j.col.xij.de iudici.vbi Deci.nu.22.verſi. Sexto fallit.dicit hãc eſſe communem concluſionem.Anto.de But.in.c.veniẽs.de iureiur. Angel.Fulgo.Pau.de Caſt. Alex.& poſt eos Iaſ.in.d.l.ſi conuenerit. nu. 2. & Deci.nu.2. ver. Et prædicta.& Pet. de Ancha. conſ.cxcij.in auxilium veritatis.nu.8.Alibi dicit Iaſ.in.l.pacta nouiſsima.nu.j.ver.limita. C.de pactis.ꝙ licet per regulam illius tex.pacta nouiſsima derogent prioribus, fallit tamen quando primum pactum fuiſſet iuratum,illud enim tunc è conuerſo nouiſsimis ac poſterioribus derogat,atq; præponderat. 71

Inde † etiam propoſita dubitatione:nũquid conditio appoſita donationi in fauorem tertij abſentis,poſſet facto contrahẽtium in tertij ipſius præiudiciũ retractari:conſultus Guido papæ Reſpondit conſ.xxiij.Viſo facto.nu.4.in fi.ver. Item per iuramentum,ꝙ licet aliâs dicta conditio reuocabilis videri poſſet,tamen propter iuramentũ fuerat effecta irreuocabilis,allegat glo.in.d.l.ſi pecuniam.vbi pœnitẽtia,quæ communiter locum habet in cõtractibus innominatis,excluditur per iuramentum in illis præſtitum. & tex. in.l.vbi ita donatur. de dona.cauſa mort. vbi donatio cauſa mortis ſui natura reuocabilis per iuramẽtum etiam redditur immutabilis.& tandem ſubdit ipſe Guido papæ. ꝙ dictum Bar.in.d.l.qui Romę.§.Flauius.de verbo.obli. in cõtrarium allegatum non procederet,quando conditio donationis iuramento fuerit confirmata. 72

Idem † notabiliter decidit Guiller.Benedic.in.d.c. Raynuntius in verbo ſi abſq; liberis morereturr.ij.de fideicommiſſaria ſubſti.nu.23. & ſequen. de teſtamen.vbi, q̃uis Guidonẽ non memoret,propoſita tamẽ eadem dubitatione,& doctrina Bar.in.d.§.Flauius. 73

qui (vt dictum eſt) conditionē prædictam in tertij abſentis fauorem donationi appoſitam reuocabilem exiſtimauit,eam interpretatur,primo vt non procedat quotiēs ſtipulatio interueniſſet,quæ talem conditionem etiā fauorem & vtilitatem tertij abſentis,& nondum nati reſpiciētem redderet irreuocabilem. Et idem (inquit) puto quod in caſu præcedenti,ſi donator iuraſſet nō venire contra,quo caſu non poſſet onus fideicōmiſſi in donatione poſitum tollere in præiudicium tertij,cui ius cum actione vtili eſt quæſitum:quia iuramētum omnes contractus ſui natura reuocabiles facit irreuocabiles:ſecū dum glo.ſingula.in.d.l.ſi pecuniam.hęc Guiller. Benēdic.Addēs ꝙ ita fuit deciſum per areſtum in Parlamēto Burdegale die.xxj. Aprillis.1501.in cauſa dominationum loci de Vſcello, & Caſtri de Carlutio.&c. Quam etiā deciſionē, licet de prædictis mentionē non faciat,ſequitur Anto.Rubeus.in.d.conſ.cxvij. Præſupponitur.nu.8.verſi.tertio am plius dicens,ꝙ donator,qui iurauit non contrauenire aliqua ratione,vel cauſa in fauorem tertij abſentis,non potuit facere ſecundam donationem in eius præiudicium: quia iuramentum (inquit) appoſitum in prima donatione videtur impedire validitatem ſecundæ donationis ex notatis per glo.in.c.licet mulieres.in verb. compellendus. de iure iuran.in.vj.& Alex.in.l.duobus.§.fi.de iureiur.

74 Et † tandem hæc in terminis quæſtiouis noſtræ latius confirmat Caſſane. d. conſ.liij. nu.60.& ſequen.vbi in caſu donationis factę in capitulis matrimonij in fauorem liberorum ex eo naſcēdorum conſuluit, iuramētum in ea præſtitum per donatorem operari, vt non ſolum ius irreuocabile liberis ipſis naſcituris quæſitum cenſeatur, verum etiam vt quicquid in contrarium factum fuerit, pro nō facto habeatur, per plures doctorum auctoritates ibi per eum allegatas.

75 Quorum omnium † ratio inferri poteſt ex eo iuramēti effectu, quē ſupra.nu.49.notauimus.videlicet ꝙ ex promiſsione iurata perinde ius abſenti quæritur, ac ſi ipſe præſens fuiſſet,& acceptaſſet,vt ibi ex multorum ſententijs probatum fuit:& vltra euidenter ex eo apparet,ꝙ licet confeſsio,vt effectum habeat,partis in cuius vtilitatem dirigitur præſentiam requirat.l.certum. §. ſi quis abſente.de confeſ. ſi tamen iurata fuerit ita obligat confitentem,ac ſi pars alia præſens fuiſſet,eamq; confeſsionem acceptaſſet Bar. in.l.cū quis decedēs.§.codicillis.de lega.iij.Anto.de But.in.c.cum dilectus.col.antepen. de ſucce.ab inteſta.Feli.in.c.ſi cautio.nu.25. de fide inſtru. cum ibi per eum allegatis, & per Hypoli.de Marſi.in Rubri.C.de probatio.nu.94.Paul.de Caſt.conſ.ccxlij.Primo vi dēdum eſt, an in generalibus. circa princi.ver.imo poſtq̄ iurauit.in antiquo volu.Alex. conſ.cxxij.viſo proceſſū poſt nu.3.li.vij.cum cōcordā. ſed in præiudicium præſentis, & & acceptantis certum eſt nihil per principales contrahentes agi poſſe. per tex. expreſſum.in.d.l.cum maritus.§.fi.de pactis dotali.ergo neq; in præiudicium eius, qui ex vi iuramenti pro præſente & acceptante habetur.

76 His deniq; † accedit communis obſeruantia,& frequens vſus ſæpius cōſideratus,quo receptiſsima ſunt pacta & cōditiones dotationibus,ſiue donationibus in capitulis matrimonij ad vtilitatem filiorū ex eo naſcitorū appoſitę: de cuius quidem conſuetudinis effectibus aliqua in ſuperioribus ſcripta fuerunt: vnum tamē ad præſens inſtitutum reſeruauimus ſingulare,ꝙ frequētia actus operatur,vt contractus reuocabilis efficiatur irreuocabilis ex ſentētia Bal.in.l.ſi olei.in fine.C.de locato. Imol.in.l. ſi finita. in princi. de dāno.infec.& Caſſane.cōſ.j.incipi:Burgūdiones.in tertio prīcipali quęſito.nu.25.Ex quibus cō cluditur quā multis rationibus,quarū ſingulę cū ſufficerēt, magis coniunctæ operari debent,indubia cōprobetur veritas cōcluſionis pro validitate,& irreuocabilitate dictarum conditionū & pactorum,quibus in dictis capitulis matrimonij filij maſculi ex dictis Don Petro de Torrellas,& Donna Francina naſcituri vocantur conſtitutę.

77 NOn obſtant † ea quæ pro priori opinione allegata,& cōtra prædictas conditiones & pacta oppoſita fuerunt, vt ex ſuperioribus concluſionis noſtræ fundamentis apparet.

Nam † ad tres primas rationes,ex quibus inferri videbatur,ꝙ his qui in rerum natura nō ſunt donatio fieri,vel ius quęri non poterat,Reſpōdetur illud verum eſſe in his,qui neq; in rerum natura ſunt,neq; eſſe ſperātur,vt quia mortui ſunt,de quorū reſurrectione niſi

ne nisi illa vniuersali non est verisimiliter sperandum. secundum glo. in.l.nam ad ea de legibus.qua ratione legatum talibus factum nullius est momenti,vt loquitur, & procedit tex.in cõtrarium allegatus in.l.quidam referunt de iure codicil. Diuersa est ratio in donatione collata ad fauorem nasciturorũ,qui q̃uis in rerum natura non sint, de eis tamen habetur verisimilis spes.l.nuper.versi.sufficiat tamen.C.de natu.libe.nihil enim est frequẽtius liberorum procreatione,id autem verisimiliter futurum iudicatur, quod frequenter fieri est cõsuetum.l.non omnes.§.à barbaris.de re milita.l.℘ si nolit.§.quia assidua.de ædili.edic. & Alex. cons.xxvij.in causa & lite. nu.4.li.ij.Et ideo hanc diuersitatis rationem inter eum qui non est in rerum natura, nec esse speratur,vt quia mortuus, & eum qui nõ est in rerum natura,esse tamen speratur,vt quia non natus,considerauit expresse glo.licet ad aliud in.l.si duobus in princi.de lega.j. Et cõfirmatur,nam in simili videmus valere stipulationem vel legatum de ea re factum,quę in rerum natura non est, dum tamen esse verisimiliter speretur,vt puta de fructibus,qui in tali fundo nascentur, vel de Arethusę partu.l.cũ illud.§.fi.vt legato.seu fideicõ.nomi.cauea.l.interdũ.in prin. &.l.vbi autem non apparet.§.fi.de verbo.obliga.Quemadmodum ergo spes verisimilis rei in stipulationem deductę,operatur ipsius stipulationis validitatem,ita etiã spes personę cui fit stipulatio,eundem effectum operari debet,vt sunt expressa iura superius allegata in.l.si quis operas.de oper.liber.in.l. Paulus.ij.§. Paulus. de bonis liber. in.l.diui.§. pactis.C.de natura liber.in.l. si inter virũ.de pactis dotali.in.l.pater ℘ filia. C. de pactis conuen.& in.l.Gallus.§.ille casus.vbi Bar.& docto.& in.l.placet.cum.l.sequen. de libe. & posthu.Guido papæ.cons.lx.Ad dubia.nu.4.& cõs.clxxvj.pro definitione.col.v. post medi.cum simil.præallegatis, & per Nicola. Boeri. qui ita arguit in Parla. Burdegalen. Decis.clxxij.Dominus vita nunc functus.nu.4.

Nec obstat † ℘ etiam dicebatur ex aduerso,non enti nõ posse ius oliquod acquiri de ficiente subiecto. Verum enim est ℘ liberis nõ natis,nec conceptis ius acquiri non potest in continenti & immediate,sed recte id fieri potest per mediũ alterius, vt quia donatio facta fuerit alicui sub cõditione,℘ eam restituat filijs vel alijs nõdum natis.ita notabiliter in terminis respondet Bertran.cons.cccij.Visis copijs.nu.7.li.iij.allegans doctrinam Bar.in.l.seruos ad custodiam.de alimen.& ciba.legat.vbi cõcludit in simili,℘ licet non valeat donatio facta templo ædificando,valet tamen si fiat alicui, qui promittat restituere templo ædificãdo:& ita potest mediate donatio in non entem cõferri.sequitur Floria.in.l.ex parte.§. seruo libertatem. fami. hercis. Præterea cum ius liberis nascituris quæsitum affirmatur,non quidem effectus acquisitionis in eorum personis pure consideratur,sed potius cõditionaliter videlicet,vt pacisentes seu principales contrahentes obligati sint stare cõuentionibus natis liberis, vt notat Guido papæ in.d.Parlamẽ. Dalphi.Decisio.cclxvij.allegans in simili,℘ licet capitulo vel ecclesiæ,quę nõdum est priui legium cõcedi non possit,iuxta tex.in cõtrarium allegatum in.c.ad audiẽtiam.de eccle. ędifi.hoc verum est,si intelligatur,℘ statim sit priuilegiata,valet tamen priuilegiũ,quatenus ad illum tempus dirigitur,quo ecclesia fuerit ædificata. Quemadmodum & seruitus (secundum eum) potest constitui ædificio futuro,& futurę aquæ, non vt statim sit seruitus,sed obligabitur promittens ad eam cõstituendam,cum fuerit ædificium.l.si seruitus.§.fi.de seruit.vrba.prædio.& notat glo.in.d.c. ad audiẽtiam. cum simil. & sequitur Boeri.in.d.Decis.clxxij.nu.6.Sed ex abundanti in horum cõfirmatione diutius immoratur,cum expresis iurium , quæ allegata fuerunt , decisionibus comprobentur,arg. tex. in.l.ancillę.C.de furtis.cum vulgat. 78

Non obstant † tria posteriora fundamenta,quorum principale robur consistit in cõclusione Bar.in.d.l.qui Romæ.§.Flauius.de verbo.obli.cum omnia eo tendant, vt conditio prædicta in nasciturorum fauorem conuenta reuocabilis ostendatur : & proinde multipliciter,tum ex allegatis pro conclusione, tum etiam aliunde ex doctorum dictis resolui possint. Ac primo respondetur,opiniones doctorũ,in quibus Quintũ,& Sextũ prioris opinionis fundamentum consistit, per plures & magis cõmuniter reprobari.vt supra.nu.31.&.35.dictum & declaratũ fuit:& ita specialiter illis satisfaciũt Alex.d. cons. cvij.in causa Nicolai de Campegio.li.iiij.& Corne.d. cons.lxviij. Ardua. nu.11.lib.iij. & 79

Deci.conſ.ccxxxix.Primo non videtur.nu.5.verſi.non obſtant allegata,& Caſſa.d.conſ. liij.nu.60.& ſequen.

80 Secundo † Reſpõdetur doctrinam Bar.in.d.§. Flauius procedere,& manifeſte loqui, quãdo ex tali pacto ſeu cõditione reſultaret tãtum contractus innominatus: vt ibidem explicant Imol.& Paul.de Caſt.& idem Pau.de Caſt.& Roma.in.d.l.ſi pecuniam.de cõ dic.ob cauſam.& in ſpecie reſpondent Corne.in.d.conſ.68.nu.8. Deci.d.conſ.239.vbi ſu pra.verſi.Secundo.& Caſſane.d.conſ.53.nu.56.

81 Tertio † vnum notabiliter attemptari poſſe dicit Corne.in.d.cõſ.68.col.iiij.circa me- di.dictam videlicet Bar.& ſequacium ſentẽtiam tunc procedere,quotiens mutatio vo- luntatis,ſeu pœnitentia contrahentiũ duraret,vel interueniret eo tempore, quo ius illi tertio abſenti veniebat quærẽdum : ſecus ſecũdum eum,ſi ea voluntatis mutatio inter- ueniſſet ante illud tẽpus,in quo diſpoſitio fuerat collata, ſed vſq; ad illud non perſeue- raſſet,vt quia prædeceſſerit is,qui mutauerat voluntatem.allegat tex.in.l.mancipia.in fi. de his qui ad liber.ſine manu.perueni.iuncta glo.fi.& quod probat tex. nõ violando li- teram. in.l.j.C. ſi manci.ita fuerit aliena. vt manumi. Ex quibus latius per eum inductis infert,q̃ cõtraria voluntas anteq̃ veniat tempus in cõuentione deductum,non curatur, ſi non durat, etiam ſi perſeuerãtia per mortem ante temporis euentum contingentem impediatur.& proinde nec in propoſito videretur cõſideranda pœnitentia Don Fran ciſci de Fenollet,& Donnæ Francinæ, quam cõſtat vſq; ad tempus exiſtentis cõditio- nis in fauorem filij ſecundogeniti maſculi nõ duraſſe. Sed ſubdit ibi Corne. q̃ licet hoc dictũ ſibi videatur de iure ſubſiſtere,nõ tamen in eo ſolo ſe fundaret in practica.Quar- to igitur Reſpondetur cõtraria non procedere, quãdo notarius,vel alter ex contrahen tibus p̃ abſente vel naſcituro ſtipulatus fuiſſet,vt late ſupra nu.51. probatũ fuit.Et quin- to non procedunt quando talis conditio ex cauſa,& contemplatione contractus matri monij conuenta fuiſſet,vt ſupra in ſecundo principali fundamento nu. 60. prædiximus. Et ſexto non procedũt,quando iuramẽtum conuẽtionibus acceſsiſſet,vt ex ſupradictis etiam.nu.69.conſtat.Et ſeptimo tandem ceſſant cõtraria,propter frequentiam, & com munem earũ cõditionum obſeruãtiam vt ſupra.nu.76. Quæ ſingula vt dictum eſt,tales conditiones etiam ſui natura reuocabiles roborarent,& irreuocabiles redderent.

82 Cæterum † ad cõcluſionem præſentis dubitationis conſiderandum hoc vnũ eſt,non ſimpliciter & pure ex vi pacti & cõditionis,de qua tractatur, per dictũ Don Franciſcũ *de Fenollet in dotatione* prædicta appoſitę,ius quæſitum fuiſſe filijs maſculis dictorum Don Petri de Torrellas,& Donnæ Francinæ donatariæ,ſed tãtum ſub eiſdem cõditio- nibus,ſub quibus & ipſi per illum vocati fuerũt:Et ita filio primogenito maſculo,ſi no- men & arma de Perellos abſq; aliqua alia mixtura deferret : Filio vero ſecundogenito, ſi primogenito abſq; liberis maſculis decendente,vel dicto grauamini de nomine & ar mis parere recuſante,ipſe ſecũdogenitus eidem obtemperaret, dictum nomen & arma abſq; aliqua alia mixtura aſſũmendo. Quam quidem conditionem de nomine & armis deferẽdis certum eſt legitimã eſſe , ſi nomen inhoneſtum vel turpe iudicari nõ poſsit.l. facta.§.ſi ſub cõditione.verſi.ſi in danda. ad.s.c. trebellia.vbi.Pau.de Caſt.&.l. ſed ſcien dum.cum glo.eo.titu.& tex.loquens in donatione ſub ea cõditione facta.in.l.hoc iure. §.fi.de donatio.Guido papæ in Parlamen.Delphina. Deciſ.cclj.incipi.teſtator prȩcepit. & Deciſ.467.Teſtator in ſuo teſtamẽto.Soci.in.l.quibus diebus.§.termilius.col.iiij. nu. 9.verſi.& prædicta faciunt ad queſtionem.de condi.& demonſ.& conſ.259. Viſis & cõ ſideratis.per totum.li.ij.& Franciſ.de Pepis.in ſubſcriptione poſt illum inſerta. Guiller. Benedic.in.d.c.Raynuntius.in verbo.Raynũtius de clera.nu.44.& ſequen.& in verbo. in eodem teſtamẽto relinquens.j.nu.174.de teſtamen. Caſſane.in cathalo. glorię mũdi parte.j.cõſideratione.38.cõcluſione.46.Deci. conſ.273.in caſu propoſito.nu.1.verſi. ſed tamẽ prædictis.& Pariſi.conſ.xix. Ad reſolutionem.li.ij.vbi à nu.3.vſq; ad finem longiſ- ſimi conſilij robur & effectus dictę cõditionis explicat, eamq; nu.28. honeſtam,validã, facilem,& voluntariam appellat. & idem conſ.43. in huiuſmodi.nu.53.&.55.& Boeri.d. Deciſio.172.Dominus vita nunc functus.in facti narratione.

83 Quapropter † non potuit quisq̃ ex filijs prędictis ius aliquod ex cauſa dictę donatio-

nis præten

nis prętendere,niſi conſtet illum dictę cõditioni paruiſſe.Omnis enim conditio,& omnis cauſa finalis eſt de ſubſtãtia probationis.vt ex.l.hoc iure. de verb.obli. & notatis per Inno.in.c.ex parte.de priuile.dicit Bal.conſ.122.vtrum dictus proceſſus.nu.2.li.iij.Et cõditionibus in ſpecifica forma parẽdum eſt, vt diſpoſitio ſuũ ſortiatur effectũ.l.Meuius. &.l.qui hæredi.de condi.& demonſ.& Alex.conſ.25.Circa primum.nu.6.li.j.Præſertim quotiens voluntarię ſunt,& in grauati poteſtate cõſiſtunt.vt explicant docto. cõmu.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de libe.& poſthu.& Caro.Rui.conſ.110.ſatis dubia.videtur. nu.10.& conſ.112.Viſis his quæ proponũtur.nu.6.li.iij.quo caſu indiuidue omnino exiſti mantur,ita,vt perfecte & integraliter,nõ vero fruſtratim,& particulariter debeant adimpleri.l.Lucius.l.cui fundus.&.l.penul. de condi. & demonſ.&.l. ſi plures. vbi docto. notãt.C.de condi.inſert.cum allegatis per Alex.conſ.59.Viſo proceſſu.nu.8.li.ij. & cõſ. 75.nu.9.li.vij.& Paul.Pariſ.d.conſ.xix.nu.41.li.ij. qui id ad terminos conditionis noſtræ de nomine & armis accommodat. Sed prædictis ad veram & perfectam prioris dubitationis reſolutionem,& concluſionem ſufficientibus, ad ſecundam principalem forſan breuius expediendam accedimus.

SEquitur ſecundum † principale dubium, poſitis his quæ in ſuperiori concluſa 84
fuerũt,Nunquid valida fuerit ſecunda donatio,quæ per eoſdẽ Don Franciſcũ de Fenollet,& Donnam Frãcinam eius filiam de eodẽ Vicecomitatu de Roda facta prætenditur Donnæ Alduntiæ eorũ filiæ,& nepti reſpectiue,etiam ex cauſa dotis & in capitulis matrimonij inter eã,& Don Guillermum de Caramany cõtracti. In quo quidem dubio de duobus principaliter agẽdum eſt:Primo an valida fuerit dicta prætẽſa donatio ſecundum iuris communis diſpoſitionem.Secundo an ea valida fuerit ſecundum ius ſpeciale & patrium Cathaloniæ principatus.

Circa † primum,quod ius cõmune reſpicit,videtur prima fronte pro validitate dictę 85
donationis vnico fundamento reſpõdendum.Nam quotiens vna,& eadem res diuerſis temporibus pluribus vendita ſeu donata reperitur,is præferendus eſt, cui eam prius tradita fuiſſe cõſtiterit, etiamſi priorem alterũ in titulo fuiſſe appareat. tex. eſt vulgatus vbi late docto.notant in.l.quotiẽs.C. de rei vendica.& in.l.ſiue autẽ.§.ſi duobus. de publicia.Bal.conſ.36.factum ſic ſe habere videtur.nu.1.verſi. Item eſt præmittẽdum.li.1.& Alex.conſ.86.ponderatis narratis.nu.1.li.vj. Sed anteq̃ poſſeſsio dicti Vicecomitatus in aliquem ex filijs maſculis prædictis, in quorũ fauorem prima donatio concepta fuerat, peruenireț:fuit idem Vicecomitatus donatus,& eius poſſeſsio tradita dictæ Alduntiæ, ſeu Guillermo de Caramany eius viro,vt ex actis & inſtrumẽtis conſtat: ergo hæc ſecũda donatio,& ius ex ea prætẽdentes,quibuſcunq; alijs, quos cõſtat in vim prioris poſſeſſionem antea nõ fuiſſe adeptos,prędferendi videtur. Nec tunc habenda eſt conſideratio iuramenti in prima donatione appoſiti,nihilominus enim præfertur ſecundus donatarius,cui prius res tradita reperitur,vt poſt Ioan.de Imol.in.c.cum contingat.col.234.de iureiur.notat.Iaſ.in.d.l.quotiens.nu.36.cum ſimil.

His tamen † non obſtantibus concluditur cõtra prætenſam ſecundam donationem, 86
quam de iure cõmuni notorie nullitati ſubiacere euidẽter apparebit,ſi pro præcedẽtis dubij deciſione allegata memoria repetantur.Quatuor videlicet illa principalia fundamenta,Primum ex vi pacti & ſtipulationis, Secundum ex vi cohærentię cõtractus matrimonij, Tertium ex vi,& potentia iuramẽti,Et quartum propter frequẽtem eiuſdem pacti obſeruãtiam.Quorum ſingula & multomagis ſimul iuncta impediẽto eſſe concluſum fuit, quominus dicti Don Franciſcus de Fenollet donator,& Donna Francina donataria pœnitere ſeu voluntatẽ mutare,vel cõditionem prædictam,in fauorem filiorum maſculorũ appoſitam,in eorum præiudiciũ reuocare poſſent.Conſiderato præter ea particulari intereſſe Don Martini de Gurrea, cui ſtipulanti omnia in dictis capitulis matrimonij cõtenta promiſſa fuerũt:& cuius intererat,dictam cõditionem in fauorem filiorum maſculorũ,qui ex eius filio Don Petro naſcerentur,conuentam inuiolabiliter obſeruari,nõ autem in fœminarũ vtilitatem cõmutari,quemadmodum ſupra.nu.46.&

ſequen.declaratũ fuit.Qua etiam ſola ratione nihil per dictos donatorem,& donatariã in derogationẽ cõditionis prædictę diſponi potuit,vt notãter decidit Guiller.Benedic. in.c.Raynũtius.in verbo.duas habens filias.poſt nu.200.de teſtamen.vbi donatione facta per patrem filio cõtemplatione nuptiarum ſub cõditione,ꝙ filij ex eo matrimonio naſcituri ſuccederẽt,talem conditionem ex conſenſu ipſorum patris & filij remitti nõ poſſe cõcludit,propter intereſſe ſoceri alterius,cuius intereſt nõ decipi,liberosq; ex filia nepotes ſuos ſuccedere,aliâs matrimonium nõ facturus,vt ex pacto preſumitur.hęc ille:allegans doctrinã Bal.quam dicit ſingularem. in.l.pro hæreditarijs.in fi.C.de hære. actio.vbi cõcludit diſpoſitionem in fauorẽ filiorum naſciturorum factam in vim ſupremi iudicij,& ita cõtraria diſponentis voluntate reuocabilem, reddi tamen irreuocabilem,ſi in ea cõcurrerit alius diſponens,cuius interſit non reuocari. Et facit ad prædicta quod voluit Caſſane.licet de prædictis non memoret.d.conſ.53. nu.58.verſi. & ideo. Et vulgare dictum,cuius conſenſus interuenit in cõtrahendo,eiuſdem requiritur in diſtrahendo.auten.cõtra ſi filij.in fi.C.de repudi.l.j.C. quando liceat ab emptio. diſce.l.prout quiſq; de ſolutio.&.§.fi.inſtitu.qui mo.tolli.obli.cum omnis res per quaſcũq; cauſas naſcitur,per eaſdem iure diſoluatur.c.j.de regul.iur.in anti.& nihil tam naturale ſit, q̃ vnũ quodq;,eodem genere diſoluere quo colligatum eſt,vt in regula iuris.

87 Quamobrem † cum ex prædictis conſtet,multis de cauſis ademptam fuiſſe facultatẽ dictis Don Franciſco de Fenollet, & Donnæ Francinę etiam cõmuni cõſenſu (vt ſæpe dictum eſt) reuocãdi, vel directo retrocedẽdi à cõditionibus priori donationi appoſitis,quatenus filiorũ maſculorum vtilitatem reſpiciebãt. Certum quoq; redditur nõ potuiſſe eoſdem Don Franciſcum,& Donnam Francinam actum facere, & ita hanc prætenſam ſecũdam donationem dictę Alduntiæ de Caramany, quo actu per indirectum ius dictis filijs maſculis iam quæſitum efficeretur irritũ & inane. Ex vulgata enim iuris cenſura,cum quid directo fieri prohibetur,prohibiti etiã cẽſentur actus omnes,quibus per indirectum ad illud prohibitum peruenitur.l.oratio.de ſponſali.l.ſi duobus. cũ glo. fina.de nego.geſt.l.fi.C.ſi manci.ita vene.ne proſtitu.l.inter ſtipulãtem. in princi.&.l.in illa ſtipulatione per te non fieri.de verb.obli.l.facere.de verbo.ſigni.§.quia tamen.inſtitu.de vi bono.rapto.c.nam cõcupiſcentiam.de conſtitu.c.deteſtãda. de præben.in.vj.c. cum quid vna via.& ibi Din.de regu.iur.eo.li.vj.&.c.j.§.fi. de inueſti. de re alie. facta.in feudis.Bal.in.l.j.poſt medi.verſi.in gloſa ibi hoc officium.C.ſi rector prouin.Pet.de Ancha.conſ.132.Caſus ſuper quo.nu.11.& conſ.283.iure ſtricto.nu.3.Alex.conſ.194. conſideratis.nu.10.li.iiij.& Corne, conſ.69. de duobus. nu.3.li.ij. & conſ.221. in hac conſultatione.nu.1.li.iiij.

88 Vnde ſi cui † interdicta ſit alienandi facultas,exiſtimatur etiã idem prohibitus facere actum,ex quo poſsit vel debeat ſequi alienatio.d.c.j.§.fi. de inueſti.de re alie. fac. glo. in l.ſi ita quis.§.ea lege. in verbo.intereſt.de verbo. obli. quam ibi poſt Bal. notat Franciſ. Areti.poſt princi.verſi.in gloſa poſita.& idem Bal.in.l.quotiens.nu.1.C. de fideicõmiſ. & in auten.præterea.nu.5.C.vnde vir & vxor.& in.l.j.nu.8.in fi.C.de ino.dotib.& in.c. qualiter.in fine.de pactis.

89 Qua ratione † prohibitus alienare certo modo ſub pœna, nõ ſolum incidit in prohibitionis pœnam,ſi immediate alienet,verũetiam ſi aliquid faciat, ex quo ſequatur prohibita alienatio.ex ſentẽtia Franciſ. Areti.in.l.ſi ſeruũ.in prin.nu.3.per illum tex.de verbo.obli.& in.l.in duobus.§.fi.in fine.de duobus reis.Abb.conſ.cxvij. Videtur primo.ad. finem.ver.& plus iudicio meo.li.ij.Alex.conſ.158.Circa primũ dubium.nu.3.li.v.Socin. conſ.241. Circa primam. nu.11.col.xij.li.ij. & conſ.35.Viſa narratione.nu.4.li.iiij. Deci. conſ.445.in caſu.nu.26.& conſ.502,ex duobus.nu.3.Et prohibitus rem aliquam alienare nõ poteſt eam habere pro derelicta.l.quod ſeruus.& ibi Bar.de ſtipu.ſeruo. glo.in.l.j. §.j.& ibi etiã Bar.ſi ex noxa.cauſa agat.& ſequitur Iaſ.in.d.§.ea lege.l.ſi ita quis.nu.51. de verbo.obli. Eadem ratione ſubdens. nu. 52. ꝙ qui non poteſt rem alienare, non poteſt etiam in contractu fideiubere pro alienãte eam rem.iuxta glo. notabilem in.l.exceptione.vbi Bal.C.de euictioni.

90 Similiter † interdicta alicui alienandæ rei licentia, non poterit is ſuper ea re compromittere:

promittere:quoniam ex eo ſequi poſſet illius alienatio.c.cum tẽpore. vbi Ioan. Andræ. in ver.licentia. Anto.de But.col.fi.verſi.nota illã gloſam.& Abb.col.ij.verſi. vltimo col ligi poteſt.de arbitris.Cardina.Zaba.conſ.95.Ad primum.nu.15.Roma.con.175.dictum vltimum.nu.3.& conſ.369.Circa primum.nu.18.Iapus.allegatio.102. incipien. nõ poteſt clericus.Deci.conſ.44.& diligẽter pro tenui.nu.2.verſi. prædictis igitur.&.d.cõſ.445. nu.27.& conſ.479.in controuerſia.nu.4.ver. & iſta ratione. &.d.conſ.502.nu.3.verſi.& ideo.& idem Deci.in.c.quæ in eccleſiarũ. nu.26.verſi. iſta tamẽ concluſio. de conſtitu. ſubiungens ibi eadem ratione, ꝙ quẽadmodum princeps directo non poteſt ſine cauſa tollere dominium,& ius quæſitum,ita etiam nõ poteſt illud facere per viam compromiſsi,cogendo videlicet eam ad compromitendum.

Et inde † etiam prohibitus rem alienare in fauorem alicuius,nec patientiam prẽſtare 91
poteſt,vt ea res ab alio in illius præiudiciũ prẽſcribatur.Iaco.Aluaro.in.c.1.§.hoc quoq;. col.fi.de ſucceſsio. feudi. Paul.de Caſt.conſ.44.Circa præſentem. col.fi.li.ij. & Deci.d. conſ.445.nu.28.& ſequen.vbi nonnulla his ſimilia adnotauit.

Et præterea † quemadmodum bona immobilia pupillorũ ſine cauſa & ſolẽnitate de- 92
bita diſtrahi nequeunt:pariter niſi & ea cõcurrant,obligari non poſſunt.l.etſi prẽſes.C. de prẽdijs mino.l.ſi fundus.§. quamq̃. de reb.eorum.&.l.magis puto.§.idem prẽtor.eo. titu.& Deci.d.conſ.479.nu.4.ea ſecundum eum ratione,quia mediante obligatione ad alienationem peruenirí poteſt,at ille qui nõ poteſt alienare, nõ poteſt actum facere, ex quo alienatio ſequi poſsit.

Accedit † prædictis tex. in.l. hi quoq;. ad legem Corne.de Sicca. per quem infert ibi 93
Hypoli.de Marſi.nu.1.&.2.ꝙ ſi ſtatuto prohibitus ſit ſub pœna ludus azardi, ille qui facit taxillos,punietur eadem pœna,quę per ſtatutum ludẽtibus eſt impoſita:quoniã vno prohibito,prohibẽtur & omnia,per quæ peruenitur ad illud:quod eſt notãdum ſecundum eũ.Alibi dicit Bal.conſ.218.præſupoſito.nu.2.li.1.ꝙ vẽditione prohibita, iudicatur etiã interdicta pignoris cõſtitutio,& omnia quorũ medio ad illã peruenirí poteſt.

Rurſus † exploratum eſt, ꝙ quẽadmodum parẽtes nõ poſſunt liberos abſq; ſufficien- 94
ti cauſa directo exhæredare,ſeu legitima priuare.§.aliud quoq; capitulum. auten. vt cũ de appella.cognoſ.l.omnimodo.C.de ino.teſta.auten.nõ licet.& auten.ex cauſa.C.de li be.præteri.ita etiam agere quicquã non poſſunt,quo liberi ipſi per indirectum legitima priuarẽtur.Et conſequẽter donationem immẽſam bonorum ſuorum facere nequeunt. auten.vnde et ſi parens.C.de ino.teſta.& in corpore vnde ſumitur. &.l.1. totóq; titulo. C.de inofi. dona. nec poſſunt legatis,fideicõmiſsis,vel conditionibus onerofis prędictã legitimam implicare.l.quoniã in prioribus.d.l.omnimodo.&.l.ſcimus.§.cum autẽ.C.de ino.teſta.neq; tãdem confitẽdo ſe ſuaq; bona creditoribus eſſe obnoxia , filios legitima defraudare,niſi aliter de debitis,& obligationibus legitimę proferãtur ꝓbationes.Specula.in titu.de cõfeſsis.§.nunc videndum.verſi.ſed nunquid patris.& ibi Ioan. Andræ. in additio.Bar.in.l.cum quis decedẽs.§.codicillis.verſi.præterea teſtator.de lega.iij. Alex. in.l.ſæpe. nu.128.de reiudica.& conſ.26.Viſo,& cõſiderato themate.nu.3.li.ij.& cõſ.45. habita ſuper his.ad finem.verſi.circa ſecũdum.li.j.& conſ.18.nõ minuitur.in fine.lib.iiij. & conſ.57.Viſa breui.nu.1.li.v.Iaſ.in.l.ſi arrogator.nu.24.de adoptio. cum ibi per eũ relatis.& Guiller.Benedic.in.c.Raynuntius.in verbo ſi abſq; liberis.j.nu.27. & Caſſane.in cõſuetu.Burgun.titu.des ſucceſsions.§.ij.in glo.finali.nu.29.vbi concordantes.

Ac deniq; † non permiſſo effectu,nec modus videtur permiſſus, per quem ad effectũ 95
peruenitur,vt poſt Iaco.Butri.dicit Bal.in.c.1. nu.3.verſi. in contrarium. an mari. ſucce. vxor.in feu.quẽadmodũ vt alibi dicit idẽ Bal.conſ.507.inter magnificos.nu.3.li.v. prohibito aliquo, phibetur etiã eius ſimile.l. hæres meus.§.cũ in fraudẽ.de cõdi.& demõſ. nõ eñ refert in modo,ſed in qualitate vtẽdi,vt inquit tex.in.l.itẽ ſi fundi.§.fi.de vſufructu.

Quamobrem † ſolum ſupereſt reſpõdere obiectioni factę de.l.quotiẽs.C.de rei ven- 96
di.quam cõſtat multis rationibus nõ obſtare. Et Primo ex vi obligationis bonorum & hypotce,ſub qua dictus Don Franciſcus de Fenollet priorem donationẽ cum eius conditionibus,& omnia & ſingula in capitulis Matrimonij,in quibus illa facta fuit,cõuenta tenere,& ſeruare promiſit,his verbis. Las ditas partes,e cada vna de ellas a lo que era,y

es tenida

es tenida a otorgar,tener,ſeruar,e cumplir iuxta forma, y tenor de los dichos preinſertos capitulos obligarõ el vno al otro,& vice verſa ſingula ſingulis,&c.ſus perſonas,e todos ſus bienes y rẽtas,e cada vna de ellas aſsi muebles como ſedientes auidas,e por auer en todo lugar. Per quam quidem promiſsionẽ maxime iuratam de nõ contraueniẽdo, nec reuocãdo præcedẽtem,iuncta ſequẽti expreſſa hypoteca generali ac etiam ſpeciali omnium & ſingulorũ bonorum mobilium & immobilium,præſentium & futurorum (in qua proculdubio incluſus etiã fuit dictus Vicecomitatus,& eius caſtra in donatione comprehẽſa) id actum fuit,vt dictæ donationi ſeu donationi & ſingulis in dictis capitulis matrimonij cõuentis per ſequẽtem donationem etiã traditione munitam derogari,vel præiudicium aliquod inferri nõ poſſet: & conſequenter propter eandem cauſam ceſſat,& excluditur diſpoſitio.d.l.quotiens.per tex.in.l.ſi creditor.§.fi.de diſtrac.pigno. ſecũdum veram lecturam Piſanam,quę eſt negatiua.& in ea.l.quotiẽs.ibi.de iure diſtrahitur,à cõtrario ſenſu,per quæ ibidem ita cõcludit Iaſ.nu.28.in.xj.limitatione.& reſpõdit expreſſe Nicola. Boeri.conſ.37.viſo facto prænarrato.nu.3.euidenti ratione,quoniã ius reale quod per eorum hypotecam in bonis primo donatis etiã abſq; traditione conſtituitur,tranſit etiam cõtra illum, qui poſtea eadem bona etiam titulo particulari obtinuit.d.l.ſi creditor.§.fi. Qua ratione licet regulariter ſingularis ſucceſſor locationi per auctorem factę ſtare nõ teneatur,obligabitur tamen & ipſe, ſi pro cõtractus locationis obſeruãtia res locata fuerit per ipſum auctorem hypotecata.ex ſententia Ioan.de Imol. in.l.filiusfamilias.§.diui.col.iij.verſi.item adde in quãtum tangit an per contractum. de lega.1.& in.l.abſenti.§.1.ad finem. de donatio. Paul.de Caſt. in.l. ſi merces.§.1. locati. & Cardina.conſ.95.Ad primum.nu.8.

97 Et amplius † ad hũc effectum ſufficere generalem omniũ bonorum præſentiũ & futurorum hypotecam,determinat.Alex.conſ.59.viſo themate.nu.5.ver.cõtrarium puto. li.v.Sed quoniam moderni quidam contrariũ cenſuerũt, ſpecialem videlicet rei donatæ hypotecam deſiderari:vt omnibus ſit ſatisfactum, adhuc dictus Vicecomitatus ſpecialiter & nominatim in prædicta prima donatione de eo facta hypotecatus iudicari poteſt: partim ex vi dictorum verborum ⌈e todos ſus bienes y rentas,e cada vna dellas aſsi muebles como ſedientes⌉ quæ quidem verba ⌈e cada vna de ellas⌉ idem operãtur, ac ſi de ſingulis ſpecialis eſſet facta mentio:partim etiã quia,cum nõ conſtet dictũ Don Franciſcum de Fenollet donatorem eo tẽpore alia immobilia bona habuiſſe præter dictum Vicecomitatum de Roda,& illius caſtra,q̃uis generaliter omnia bona mobilia & immobilia obligauerit,& hypotecauerit, nihilominus ea obligatio quoad immobilia pro ſpeciali habẽda eſt,perinde ac ſi dictus Vicecomitatus nominatim hypotecatus fuiſſet. Notiſsima enim eſt iuris regula,q̃ paria ſunt aliquid fieri nominatim & in ſpecie, vel in genere & indefinite,quãdo illud genus nõ poteſt niſi in vna ſpecie verificari: vulgata.l.ij.vbi Bar. & docto. de libe.& Poſthu.&.l.fundus qui locatus. de fundo inſtruc.§. nominatim.inſtitu.de exhære.libero.l.ſi domino. & ibi etiã Bar. de lega.1.l.patronus.§. 1.de lega.3.&.l.ſi tibi.§.1.de optio.legat.Roma.conſ.385.in caſu prẽmiſſo.nu.7.ver.& huius eſt ratio.Ioan.de Ana.conſ.56.his quæ in facto.nu.2. Alex.con.134.præuiſo themate. nu.8.li.1.& Iaſ.conſ.56.in cauſa & lite.col.penul.verſi.tertio & fortius.& conſ.75.magnificus & excelſus.col.fi.ver. Quarto moueor.li.1.cũ allegatis per eos,& latiùs per Ferdi. Loaz.in repeti.l.filiusfamilias.§.diui.nu.141.& ſequen.de lega.1. & Andrę. Tiraquel.in legibus connubiali.glo.5.nu.127.& multis ſequen. Quinimo quando vnica tantum ratio legis,vel ſtatuti conſiderari poteſt,ea pro expreſſa in lege vel ſtatuto haberi debet.l. q̃uis.vbi plura moder.C.de fideicommiſ.

98 Nec etiam † refert q̃ Iaſ.in.d.l.quotiẽs.nu.28. ad effectum prædictũ vltra hypotecam requirit,q̃ in prima donatione ſeu vẽditione venditor ipſe,vel donator per ſolẽnem ſtipulationem promiſerit,rem eam alteri nõ vendere,vel donare. Nam primo idem iuris eſt,ſi æquipollẽtibus verbis vtatur,& ita promittat,nõ reuocare,caſſare,vel anullare eã donationem quouis modo,iure,ratione ſeu cauſa,& cõtra illam nõ venire,dicere,proponere ſeu allegare,vt in ſpecie actum fuit,& decidit Boeri.d.conſ.37.nu.3. Et ſecundo expreſſe in prędictis capitulis matrimonij in quibus dicta prima donatio cõtinetur,promiſit dictus

miſit dictus Don Franciſcus de Fenollet alteri non vendere dictum Vicecomitatum & bona donata, huiuſmodi verbis. Item es cõcordado entre las dichas partes, que en caſo que el dicho noble Don Franceſc de Fenollet por el pagament por el fazedor al dicho Pedro de Torrellas de los dichos diez mil florines del dot de la dicha Dona Francina deliberara vender alguna de las dichas propriedades, que de preſent poſside, fins la dita quantidad de los dichos diez mil florines, que la pueda libremẽte vender para fazer la ſolution de los dichos diez mil florines del dito dote, e no en otra manera &c. Quibus verbis expreſſe ſpopõdit, atq; promiſit dictus donator, nõ aliâs nec in aliã cauſam vẽde re prædictum Vicecomitatum, ſeu bona donata, vel aliquid eorum, niſi in eam cauſam ſoluendę dotis ſpecialiter reſeruatam. Ea enim ſpeciali reſeruatione præcluſit ſibi viam & facultatem diſtrahẽdi, ſeu alienãdi in aliam cauſam. l. nam quod liquide. §. fi. de penul. lega. l. in his. de legibus. cum vulgat. Præſertim propter illa verba ſubiecta [e no en otra manera] hoc eſt, nõ aliter nec alio modo, quę ſunt admodum pręciſſa, nec patiũtur aliũ intellectum vel ſubauditionẽ. glo. in. l. ſi quidem. C. de exceptio. quam ad hoc notat ibi Bal. & dicit nõ eſſe alibi. & idẽ Bal. in. c. 1. §. deniq;. col. fi. quæ fuit prima cauſa bene. ami. Paul. de Caſt. conſ. 87. in cauſa quæ vertitur. nu. 4. li. 1. Alex. conſ. 3. viſo inſtrumẽto. nu. 5. ver. confirmo. li. 1. Curti. Senior. conſ. 8. viſo inſtrumento. nu. 4. & ſequen. & Iaſ. conſ. 4. Nicolaus de Aquilantibus. col. penul. ver. Quinto moueor. li. 3. & conſ. 162. in cauſa con tradictionis. col. 4. nu. 5. ver. ſecundo q̃ dicta electio. li. 2. cum ſimil.

Et q̃uis † ex prędictis verbis licentiam tãtum vendendi in aliam cauſam ſibi donator 99
interdixiſſe videatur: tamen notiſsimũ eſt, venditione prohibita, donationem etiam & omnem cõtractum ſeu alienationem dominij translatiuam prohibitam iudicari, vbi nõ adeſt diuerſitatis ratio, quare magis in venditione q̃ in cæteris contractibus prohibitio intelligatur. l. ſtatuli beri à cæteris. §. fi. de ſtatuli. l. voluntas. C. de fideicõmiſ. & ibi Cin. in ver. tertio quæritur. glo. ſingula. in. l. 2. C. de vſuca. pro empto. notat poſt Bar. Ioan. de Imol. in. d. l. filiusfamilias. §. diui. col. 3. in fi. ver. item adde. & ibi Alex. Iaſ. & moder. de lega. 1. Bal. conſ. 336. præmitto ad euidentiam. nu. 2. li. 5. & Roma. conſ. 450. præſens. nu. 2. cum concordan.

Quæ cum † ad ſolutionem. d. l. quotiens. C. de rei vendica. ſufficiant, prætermittũtur 100
alia, quæ ad eundem effectum in propoſito & terminis quæſtionis noſtræ de iure reali filijs naſcituris ex ſæpedicta cõditione quæſito, & de retentione vſus fructus ſeu dominij limitati, ac etiam de effectu cõtractus in diem vel conditionem dilato, notant, Deci. conſ. 239. nu. 6. verſi. memini. & Caſſane. d. conſ. 53. nu. 51. verſi. & facit maxime. qui aliorum quos allegant auctoritate in prædictis caſibus diſpoſitionem. d. l. quotiens locum non habere concludunt.

Circa ſecundum † principale quod in præſenti dubio diſcutiẽdum præmiſsimus 101
videlicet. An dicta prætenſa donatio Alduntiæ de Caramany de Vicecomitatu de Roda, per dictos Don Franciſcum de Fenollet, & Donnam Frãcinam facta, ſubiaceat nullitati inductę per dictam ſpecialem cõſtitutionẽ Cathaloniæ Regis Petri tertij in curia Perpiniani. cap. 26. incipi. A foragitar fraus. de qua nõ nihil iã in prędicti dubio. nu. 64. actũ fuit: Videretur primo aſpectu dicẽdũ, q̃ nõ, ſequẽtibus fundamẽtis.

Primo † ex qualitate, & perſonis contrahẽtium, qui omnes fere forenſes erãt, partim 102
ex regno Franciæ, videlicet dictus Guillermus de Caramany, & Hugo de Caramany illius pater: & partim ex Regno Aragonum ſcilicet dicta Alduntia, & Donna Francina eius mater. Atq; ob eam cauſam nõ videtur, Conſtitutionem Cathaloniæ contractum inter eos celebratum cõprehendere: cum regula ſit, forenſes particularibus locorũ ſtatutis nõ aſtringi, quam poſuit Bar. & docto. in. l. cunctos populos. C. de ſumma trini. & fide catho. & in. l. omnes populi de iuſti. & iur. Præſertim in dotalibus inſtrumentis, in quibus non ſtatuta loci cõtractus, ſed loci vnde maritus eſt oriundus cõſideranda eſſe, cautum eſt in. l. exigere dotem. de iudicijs. qua ratione prædictam donationem ſiue dotationem, de qua tractatur, iuxta cõſtitutiones Regni Franciæ, vnde dictus Guillermus de Caramany maritus (vt dictum eſt) oriundus erat, non vero ſecundum ſtatuta Cathaloniæ iudicandam ſore videtur.

103 Secundo † ex fauore cauſæ: fuit enim dicta donatio in cauſam dotis, ſiue in auxilium matrimonij dictæ Alduntię facta, & proinde vere dotis priuilegia conſecuta, ex ſententia Parlamẽti Delphina. vt per Guido. papæ Deciſ. 145. circa finem. At vero leges & ſtatuta quæ aliquid generaliter diſponũt, locum nõ habent in dotibus, vel inſtrumẽtis dotalibus, niſi de ipſis faciãt ſpecificam mẽtionem. vt dicit Iaſ. conſ. 171. Viſo inſtrumento dotis. col. penul. verſi. ad idem pro hac parte facit. li. 4. & in locis ſtatim allegandis.

232 Fortius † adhuc Caro. Rui.d.conſ.51. Primo videndum.nu.22.li.j.deciſionem Bar.in d.l.omnes populi.& adhærẽtium,quos ſupra proxime citauimus,tunc ſolummodo pro cedere, & admittẽdam eſſe exiſtimauit, quando ſtatutum nihil expreſſe ſtatueret circa iuramẽtum,ſed tãtum temporalem actum, vtputa contractũ ſine certa ſolẽnitate celebratum ob fraudis,vel doli præſumptionem anullaret:hoc enim caſu (ſecundum eum) intelligẽdum eſt,talem cõtractum iuramento non cõfirmari.Nam aliãs ſi ſtatutũ anullaret cõtractum etiam iuratũ,præſumẽdo illum fraudulentum,& ita de iuramento expreſſe diſponeret,nullius momẽti (vt ipſe dicit) tale ſtatutum cenſendum foret:nec eo caſu (vt ſubdit) loquũtur doctores,ſed quãdo ſtatutum præſumit circa contractum,& actum tẽporalem,& de iuramẽto nihil loquitur,neq; illud tangit, reprobãdo vel præſumendo.hæc ibi Caro.Rui. Quod etiam ſcripſit ipſe idem conſ.64.ſuper primo. nu.5.& conſ.193.in hac cauſa.nu.10.eo.li.j.allegãs ad id Abba.in.c. eccleſia ſanctæ Mariæ. nu.17. verſi.ſeptimus caſus.de cõſtitu.& Feli.ibidem.nu.65. Nec etiam cõtrariam Iaſonis opinionem iuuant eorum auctoritates ſupra.d. nu.106.allegatę,qui ſtatutũ ſimpliciter donationem anullantem nõ eſſe in donatione iurata intelligendũ exiſtimarunt:hoc enim imprimis verum nõ eſt,quando ratio expreſſa in ſtatuto peræque militaret in actu iurato,ſicut in ſimplici:nam vt alibi probatum fuit,ſtatuta ex idẽtitate rationis non proprie dicũtur ad alios caſus,in quibus ratio eadem militat extendi, ſed magis eos caſus cõprehendere,ac ſi expreſsi eſſent,& vt genus ſuas ſpecies cõtinet. Secundo illud nõ procedit,quotiens ſtatutum nõ faciens mẽtionem de iuramento ob cauſam publicę vtilitatis principaliter emanaſſet,vt ex ſentẽtia Bal.in.d.conſ.250.& aliorum ſupra.nu.131. expoſitum fuit.Deniq; doctores prædicti ex aduerſo citati tunc demum ſtatutum ſimpliciter de actu diſponẽtem non eſſe in actu iurato intelligẽdum tradiderunt,quãdo illud ſtatutum ad actum reprobãdum nõ moueretur ratione cõgrua, & ſufficienti ad iuramẽti vires eneruandas,ſed actũ ſolummodo ſimpliciter irritaret:quo caſu ceſſat ratio pro fundamento concluſionis noſtræ conſiderata,neq; ex ſeparatis quicq̃ concludenter inferri poteſt.l.Papinianus exuli.de minori.

233 SEcundo † principali fundamẽto tertia cõcluſio ſupra poſita cõfirmatur,& omnis prorſus difficultas,& cõtrouerſia in ſuperiori fundamento notata remouetur. Nam quæ in præcedẽti fundamẽto dicta ſunt, tunc locum ſibi vendicarẽt, quando cõſtaret iuramentum in cõtractu ab ſtatuto reprobato pręſtitum fuiſſe.Cæterum in facto & quæſtione noſtra nulla exhibetur probatio prætenſi iuramẽti.Conſtitutio enim prædicta Cathaloniæ ſcripturę de prætenſa donatione productę, tanq̃ prioris hæreditamẽti tempore nuptiarum ordinati derogatoriæ,ex qua ſola ſcriptura iuramẽti præſtatio probari poſſet, nullam in iudicio neq; extra iudicium fidem præcipit adhiberi.At quotiens per ſtatutum fides inſtrumẽti caſſatur,nihil prodeſt iuramẽtum,quod præſtitum fuiſſe ex ſolo ipſius inſtrumẽti tenore & aſſertione prætẽderetur. Nam quẽadmodum tale inſtrumẽtum ex vi ſtatuti nõ probat contractum,de quo teſtificatur,ita etiam nõ probat iuramenti interuẽtum,nec alia ad ipſum cõtractum acceſſoria:ex ſen-

tentia

tẽtia Bar.in.l.ſi quis pro eo.col.v.verſi. ſeptimo prohibetur.de fideiuſſo. quem ſequitur expreſsius Bal.in.c.cum cõtingat.nu.19.col.5.verſi.ſexta cõcluſio.& ibi Abb.nu.26.verſi.& vt clarius.de iureiur.concludẽtes,q; ſi ex diſpoſitione ſtatuti non datur fides inſtrumento, iuramẽtum in eo deſcriptum inefficax redditur ex defectu probationis: cum eo caſu quemadmodum deficit probatio contractus, deficiat etiam probatio iuramenti:& (vt hoc illis addatur) parũ in foro iudiciali ius profit deficiente ipſius probatione.l.duo ſunt Titij.de teſtamẽ.tute.c.à nobis.de ſenten.excom.& Pet. de Ancha.conſ.242.Prius de viribus.nu.1.Eandemq; deciſionẽ ſecutus fuit idem Abb.in diſputatio.incipien. Statuto Senenſi.Paul.de Caſt.conſ.61.notãdum eſt.nu.2.verſi.ſed in caſu noſtro.li.ij.Alex. conſ.95.in cauſa & lite.nu.3.verſi.& poſito.li.j.Socin.conſ.97. Abũde & ſubtiliter. nu.4. verſi.tertia & vltima.li.j.Corne.conſ.121.duo obijciuntur. nu.22.li.ij. &.d.conſ.64. conſuluit.nu.7.verſi.hinc eſt.li.iij.& Caro.Rui.conſ.137.viſo inſtrumento.nu.1.& conſ.201. proponitur in facto.nu.14.li.j.& conſ.60.proſequẽdo. nu.4.li.iiij. & conſ.55. non eſt dubium.nu.9.li.v.qui (licet nullus eorum de alijs meminerit) eandem prædictam ſententiam & deciſionem concorditer amplectuntur.

Quo ſolo † fundamẽto etiamſi hæc tertia & vltima concluſio ab omnibus impugna 134
tionibus tuta ſit: Ea tamen præterea fulcitur ex eo, quod communiter receptum eſt, iuramentum cõtractus confirmatoriũ nihil ad cõfirmationem ipſius contractus nec alias operari in præiudicium ſeu detrimẽtum tertij non contrahentis.c.ſicut.&.c. intellecto. de iureiur.Bar.in.l.Titia.§.Imperator.de lega.2.& in.l.cũ quis decedens.§.Titia.eo.titu. Bal.qui elegãter loquitur.in.l.j.nu.4.& ſequen.C.de ino.donatio.vbi & generaliter prodidit,& ſpecialiter exemplis declarauit,q; quando contractus infirmatur ob vtilitatem & fauorem tertij, nunq; ratione iuramenti cõtrahentium in illius detrimentum confirmatur.& ſequitur ibi Sali.queſtione.8.idem Bal.in.d.§.Imperator.& in.l.fi.§.filius autẽ. C.de bonis quæ libe. Imol.in repeti.c.cum cõtingat.col.5.verſi. aduerte tamen.de iureiur. Bal.conſ.22.Quædam domina.nu.1.& conſ.215. Punctus quidam donauit. nu.1.li.v. Paul.de Caſt.conſ.448.non eſt dubium.nu.2.verſi.pro quorũ cõfirmatione.li.j.& conſ. 348.tria ſunt.nu.2.li.ij.Alex.conſ.55.cõſideratis verbis.nu.9.li.j.Corne.conſ.135.viſis arti culis.nu.27.li.j.Socin.conſ.116.nu.3.li.j.Iaſ.conſ.125.Bartholomæus.col.3.in princi.ver.& præmitto.lib.j.& conſ.141.viſa longa & ferioſa.col.penul.nu.13.li.iiij.& Caro.Rui. conſ. 132.viſa confeſsione.nu.13.li.iiij.cum ſimil.

Ex quibus † pro tertia principali ac vltima concluſione allegatis infertur, non obſta- 135
re tertium cõtrarię opinionis fundamẽtum: Nec etiam obſtare tex.in.l.quotiens. C. de rei vẽdi.qui in initio præſentis dubitationis pro donatione, quæ dictę Alduntiæ de Caramany facta prętenditur, allegatus fuit: cui licet ſuo loco ſit debite ſatisfactum, nulla tamen facilior, clariorq; ſolutio reperiri poteſt, q; ea, quæ ex ſecũdo fundamẽto principali ſupra nu. 133. pro dicta tertia concluſione notato colligitur. Nam vt diſpoſitioni.d.l. quotiens locus ſit, duo neceſſario requiruntur: Primo titulus habilis ad transferendum dominium q; tumuis poſterior: Secundo q; poſſeſsio vere, vel ficte prius tradita oſtẽdatur, vt ex eo tex.& ibi notatis deducitur: quorũ neutrum in facto de quo quæritur probatum fuit. Cum enim ex ſupra.d.nu.133.ſcriptis appareat, titulum donationis ex ſcriptura, quę de ea profertur nõ probari:& aliâs ex præſentis dubitationis reſolutione cõſtet, prætenſam donationem, etiamſi aliunde probaretur, nullius momenti fore iudicãdam: certum quoq; redditur, traditionem poſſeſsionis, iuramẽtum, & cætera omnia ad effectum prætenſę donationis tendentia, eiuſdemq; appendicia nõ ſolum nulla, verum nec per ſcripturam productã probata eſſe cenſenda, iuxta tex. quem vbiq; docto. valde ſingularem dicunt in.l.fi.de cõſti.pecu. per quem Andrę.Sicul.conſ.28. Scripſit belliſsime. col.6.in princi.ver.& eodem modo.li.j.Impedito (inquit) inſtrumẽto, impediũtur præcarium, conſtitutũ,& omnes clauſulę in eo appoſitę.& conſ.22. clemẽtiſsimum Deum. col.6.circa medi.li.iiij.ex eodem tex.infert, q; vbicunq; inſtrumentum eſt nullum, ſunt etiam nulla omnia cõtenta in illo. Et eſt tex. vulgatus.in.l.nõ dubiũ.C.de legib.q; anullato principali actu, pariter nullum eſt quicquid ſequitur ex eo, vel ob id: vbi late poſt alios notat Iaſ.nu.56. Et vltra dicit Bal.in.l.j.nu.4.C. de ino.donatio. q; vbi reſcinditur

conuentiõ principalis,reſcinditur etiam quælibet acceſſoria,& iuramentũ: per glo.in.l. ſi patronus.verſi.patronum.in verbo Fauiana.ſi quid in frau.patro. per quam etiam notat Bal.conſ.440.factum proponitur. nu.2.verſi. in cõtrarium. li.iij.q̃ clauſulę ſpeciales tamdiu durant,quamdiu durat actus principalis, ad cuius robur inſertæ fuerunt, & non vltra:quia deſtructo principali deſtruũtur appendices.Et per eandem generaliter tradidit Roma.conſ.42.viſisquę egregie.nu.3.q̃ reſciſſo principali cõtractu,reſciſſa & anullata intelligitur quælibet clauſula habens ſe per modũ acceſſorij ad dictum cõtractum: omnia enim regulantur ſecũdum naturam principalis promiſsionis,vt dicit Soci.conſ. 51.præſtantiſsime doctor.nu.3.li.j.& alij vbiq;. Qua ratione tandem cõcludit Bal.in.l.ex teſtamẽto.in.fi.C.de fideicom.& eius auctoritate Iaſ.in.d.l.nõ dubium.nu.56.q̃ ſi cõtractus principalis eſt nullus,eſt etiam nullum precarium,& cõſtitutum in eo appoſitum. & idem Bal.in.c.ij.de feu.dato in vicem leg.comi. quem,& concordantes allegat,& ſequitur Alex.in.l.j.§.ſi vir vxori.nu.7.& ſequen. & in.l.quod meo. ad fin. nu.27. & in.l.ſi aliquam rem.nu.13.de acqui.poſſeſ.Roma.conſ.171.pro deciſione.nu.4.vbi rationẽ aſsignat, quoniam nulla exiſtente principali diſpoſitione, quæcunq; ei acceſſoria vitiatur. idem Bal.conſ.66.inter virum.verſi.ſi autem cõtractus.li.j.Paul. de Caſt.conſ.10. ſi vera ſunt.in princi.li.j.dicẽs,q̃ extincto principali,omnis ficta poſſeſsio competẽs ex conſtituto,& omnis licẽtia ingrediẽdi ſimiliter eſt ſublata.Alex.conſ.82. Perſpectis.nu.2.ver. ad prædicta.li.ij.& conſ.81.lecto,& diſcuſſo.nu.9.verſi.ex his ergo. li.iij.cũ multis ſimili.

136 Rurſus † etiam & ſecundo ex prædictis infertur reſolutio alterius hæſitationis, quæ ex eo ſuboriri videbatur, quod cõſtat Don Iannem de la Nuça ſucceſsiue,ſeu mediate hæredem eſſe,& vniuerſalem ſucceſſorem dicti Don Franciſci de Fenoller,ac etiam dictæ Donnæ Francinæ:à quibus prædictam donationem dictę Alduntiæ de Caramany factã fuiſſe prætẽditur:quaſi ob eam cauſam impediatur ipſe donationem prædictam à ſuis prædeceſſoribus factam irritam,& nullam allegare: vt regulare eſt, q̃ quẽadmodũ nullus cõtra proprium factum venire poteſt.l.poſt mortẽ. de adoptio.l.per fundum. de ſerui.ruſti.prędio.l.j.C.ne fiſcus rem quam vendi.euin.li.x.& ibi glo.in ver. referat.&.l. ij.eo.titu.l.j.C.de his qui ſponte publi.mune.ſube.eo.li.x.vbi etiam glo.in verb.ad excuſationẽ.in fi.c.monemus.12.q.iij.c.veniens.de fili.preſbi.&.c.diuerſis fallacijs. & ibi glo. de cleri.cõiuga.ita etiam hæres,& ſucceſſor ea, quæ à prędeceſſore geſta ſunt,impugnare,vel illis cõtrauenire volens minime audiatur.l. cum à matre.C. de rei vẽdica.l.polla. C.de his qui. vt indi.l.ſucceſſores.C.de ſolutio.l.penul.C.de reſti.mili.l.ex qua perſona. de regul.iur.l.ſi ab ea.C.de nego.geſt.l.venditrici.C.de rebus alie.nõ alienan.cum factũ defuncti reputetur factum hæredis,& è contra.l.vxori.§.agri plagam. de lega.2. & Angel.cõſ.185.Brunellus notarius.circa medi. adeo q̃ hæres de ſuo tantũ facto promittẽs, teneatur etiam de facto prædeceſſorum glo.in.l.ſi ſeruus.in princi.in verbo. intereſt. de cõdic.furti.vbi ex ea notãt Bar. Bal. Sali. Pau.de Caſt.& Alex.in additio.Bartoli, idem Bar.Pau.de Caſt.Roma.Alex.& Iaſ.in.l.ſtipulatio iſta in princi.de verbo.obli.cum allegatis per.Nicola.Boeri.Parlamen.Burdega.Deciſ.67.Alia inſurgit.nu.3. vnde etiam dici ſolet,q̃ ex facto defuncti ſucceſsio damnatur hæredis.c.cito turpem. 1.q.1. non enim admittẽdi,ſunt,hi quorum repellerẽtur auctores.c.licet ex quadam.de reſtitu.l.cũ hęredes.de diuer.& tempo.præſcrip.& proſequitur.Pet.de Ancha. alia quædam vulgaria in propoſito adnectens.conſ.244.Quia quæſtio.nu.1.& conſ.26.in quęſtione.nu.8.& cõſ. 420.Quidam ſer.Antonius.nu.5.

137 Horum (inq̃) diſſolutio † ex præſentis dubitationis reſolutione, & cõcluſione facile colligitur. Nam cum ex prędictis certum ſit prætenſam donationem adhuc probatam nõ eſſe,ex vi dictæ conſtitutionis Cathaloniæ talibus inſtrumẽtis fidem haberi prohibentis:argui nõ poteſt dictus Don Ioannes de la Nuça,quaſi factum prędeceſſorum impugnãs,niſi prius id à dictis prædeceſſoribus ſuis actum fuiſſe legitimis probationibus doceatur. Quinimo etiamſi aliunde tale quid actum fuiſſe probaretur, cum illud, tanq̃ geſtum lege prohibente, manifeſtam nullitatem (vt deductum fuit) effugere nulla ratione poſſet,nõ ſolum dicto Don Ioanni de la Nuça ſucceſſori,ſed etiã dictis Don Frãciſco de Fenollet,& Donnæ Francinæ auctoribus ſi viuerent ius cõtraueniendi competeret.l.

teret.l.quemadmodum.C.de agri.& cenſi.li.xj.l.iubemus.§.ſane. el.1.C. de ſacro. eccle. c.pœnitentes.55.diſtinctio.c.certe.12.q.1.c.cum nõ liceat el.j.12.q.2.c.Gonſaldus.17.q.2. c.in malis.22.q.4.c.quod quis.35.q.9.c.noſti.vbi Inno.nu.2.verſi.ſed per hanc diſtinctionem,& poſt Alios Abb.nu.3.&.5.de electio.c.cum non ignores.in fi. & ibi glo. in verbo cõſenſerint.de præben.c.cum laici.& ibi glo.in ver.pœnitẽtia.in fi. Hoſtien.Ioan. And. Anto.de But.nu.3.& Abb.nu.1.verſi.nota primo.de iure patrona.&.c.paſtoralis.eo.titu. &.l.1.C.de libera.cau.vbi pater cõtra proprium factum venire poteſt,& illud reſcindere in fauorem filiorũ,quibus ipſe de iure præiudicare nõ poterat.notat ibi Bal. nu.1.glo. in.c.diuerſis fallacijs.in ver. non per te.verſi. Lauren.dixit. & ibi Anto.de But.nu.12.& Abb.nu.6.de cleri.cõiu.Ioã. Calderi.in.c.ſi quis presbyterorum. per illum tex.de rebus eccle.nõ alie.Bar.in.d.l.poſt mortem.in.1.oppoſi.de adoptio.Abb. in.c.1.nu.17. de iudi. & in.c.cum ſuper.nu.9.de conceſ.præben.& in.c.tranſmiſſa.nu.3.de iure patro. Bal.in.l. ſi creditoribus.nu.1.C.de ſer.pigno.dato manu.Paul.de Caſt.in.l.& hæredi.§. filiusfamilias.nu.4.de pactis.Imol.in.l.aquilius.nu.1.verſi.quid autem ſi dico.de donationi.cõcludens ratione prædicta,q̃ is,qui lege prohibẽte donationem abſq; inſinuatione requiſita fecerit,poterit cõtra proprium factum veniẽdo eam largitionem retractare Alex.in additio.Bartoli.ad.d.l.poſt mortem.& idem Alex.in.l.ſi donatione.nu.10.in fi.C.de collatio.& ibi Iaſ.nu.7.verſi.ſecundo prędictam regulam.& moder. idem Iaſ.in repeti.l.frater à fratre.nu.45.verſi.tertio limitat.de cõdic.ob cau.Feli.in.c.2.col.3.de exceptio. Cardina.conſ.32.orta inter A.& B.nu.8.& conſ.34.caſus feudum quoddam.nu.5. & Corne. conſ.252.Primo vidẽdum.ad fi.ver.nec obſtant adducta.li.iiij.

Vnde † Pau.de Caſt.in.l.filiusfamilias.§.diui.nu.3.in.fi.de legat.1.per tex.in.d.l.quem admodum.C.de agri.& cenſi.li.x.cõcludit, q̃ ſi teſtator prohibuerit rem aliquam alienari nõ quidem reſpectu alicuius perſonæ,ſed tantũ reſpectu ipſius rei,vtpote quia fuerit anteceſſoribus pretioſa,vel eſſet turris,protectio & tutamen agnationis: & prohibitus eam rem cõtra prohibionẽ teſtatoris alienauerit,poterit nihilominus ipſe idem,qui alienauit,nullitatem ipſius alienationis allegare,eamq̃; rem cõtra proprium factum recuperare:vt ſequitur ibidem Ambro.de Opizoni.& moder.ex quo cõſtat, in hoc æqui parari prohibitionem legis,& prohibitionem teſtatoris:cum vtraq; operetur,vt in contrarium actum per ipſummet agentem impugnari,& annullari poſsit. 138

Ergo † nõ minus id eorum hæredibus & ſucceſſoribus licere debet,qui eiuſdem ſunt poteſtatis & iuris,cuius erat defunctus.l.hæredem.de regul.iur. & Pet.de Ancha.d.cõſ. 26.ad finem.nu.8.& tales habentur,qualis erat is per quem hæredes ſunt effecti.l. ſi quis filiũ.§.ſi filius.de acqui.hære.& Pet.de Ancha.d.conſ.420.nu.5.& ideo vxor hæres mariti poteſt vẽdicare fundum dotalem à marito cõtra legis prohibitionem alienatũ, atq; ita facto mariti & auctoris ſui cõtravenire.l. dotale.§.fi. de fundo dota. Et pariter cum nequeat teſtator lege prohibẽte remittere vſufructuario cautionem de vtẽdo arbitrio boni viri.l.j. de vſufruc.quę.caue. ſi quidem cõtra talem prohibitionem legis remittere tẽtauerit,poterit nihilominus hæres cõtra factum defuncti eam cautionem ab vſufructuario exigere,vt argu.tex.in.l.j.in fi.C.de his quæ pœnę nomi.cõſuluit. Paul.de Caſt. conſ.221.Anteq̃ veniam.nu.1.&.2.verſi.& ſi ita eſt.li.ij.Iaſ.conſ.40. Tria ergo principalia.nu.3.lib.j.& Aymo.conſ.200. Auus habens. nu.5.verſi.videmus etiam.li.j.& ante eos Bal.de quo nullus meminit,conſ.87.Omnes cõmuniter dicunt.li.iij. Ac deniq; in materia.l.hac edictali.C.de ſecũ.nup,reſpõdit idem Bal.conſ.161.Quidam mœchus.li.v.q̃ ſi teſtator quicq̃ contra illius legis cẽſuram ordinatum reliquerit,nõ tenebitur eius filius & hæres tali ordinationi acquieſcere,ſed eam iure poterit impugnare,vt etiam ſcripſit Stepha.Bertran.in.d.l.hac edictali.§.ſi vero plus. quẽ refert,& ſequitur Aymon.d.conſ. 200.nu.5.& Tho.Grammati.conſilij Neapoli.Deciſ.93.in cauſa Illuſtris ducis.nu.9.cum his ſimilibus,quæ ad vltimam dubitationem reſeruantur,cum & ſuperiora ex abundanti hoc in loco ſcripta videri poſsint ſublata iam ex ſupradictis. nu.137. omni (ſi quæ ſupererat) dubitandi occaſione. 139

Tertio † & vltimo ex præſentis dubij reſolutione infertur,q̃ licet poſt prætenſam ſe cũdam donationem ius liberum nulliq; oneri ſeu reſtitutioni obnoxium dictæ Donnæ 140

Francinę

Francinæ asserteę donatricis in dicto Vicecomitatu de Roda superueniſſet:non tamen ob id cõſiderari,aut prætẽdi poſſet eam donationem recõualidatam fuiſſe:partim quia vt ſępe dictum eſt,talis vnq̃ donatio facta non probatur,quod vicem ingentis machinę obtinet,quæ omnia eorum motiua conterit,atq; proſternit, qui in ea prętenſa donatione intentionis ſuæ fundamẽta conſtituunt: partim etiam quoniam ipſo iure nullum nõ poteſt ex poſt facto etiam ceſſante,ſeu remoto impedimento reuiuiſcere.l.ſi minor. de ſeruis expor.l.qui res.§.aream.de ſoluti.cum ſimil. quæ allegat Iaſ.in.l.inter ſtipulãtem. §.ſacram.de verbo.obli.nu.8.& prętẽrea glo.expreſſa in.c.nõ firmatur.poſt princi.de regu.iur.in.6. quæ iura cõcordantia notat, vti etiã facit,& multis exemplis declarat Deci. in.l.quod in initio.eo.titu.de regu.iur.& vltra eos Bal.in.c.quoniã contra falſam.nu.14. verſi.ſed obijcitur.de probatio.inde inferẽs,q̃ cum teſtificatio ab excõmunicato facta, ſit ipſo iure nulla,non recõualeſcit,licet poſtea ſecuta fuerit eius abſolutio,& ita remotum impedimentum.Et idem Bal.conſ.46.conſtitutionibus.nu.3.col.fi.lib.5.vbi electio (inquit) quæ fuit nulla à principio,poſtea nõ reconualeſcit:quia de nullo nõ poteſt fieri aliquod,niſi celebretur actus retro ſimilis,& ſolẽnis. idem Bal.cõſ.122. vtrum dictus proceſſus.nu.2.li.iij.&.d.conſ.161.Quidam mœchus. ante medi.verſi. prętẽrea quotiẽs. li.5.vbi diſpoſitionem cõtra legis prohibitionem factam,reuiuiſcere non poſſe, etiã per illius agnitionẽ ſcripſit.Angel. conſ.246. Viſis & diſcuſsis. poſt princi.Ricar.de Salice. conſ.incipien.Pręclariſsimi patres.poſito abſq; numero inter cõſilia Pauli de Caſt.poſt conſ.264.li.j.dicens,actum ipſo iure nullum non poſſe habere effectum proximum vel remotum. Socin.conſ.132.inſignis doctor.nu.4.verſi. reſpondetur.li.j.& deniq; Roma. conſ.509.circa propoſitam.nu.19.vbi pluribus rationibus reſpõdit,q̃ ſi forenſis cõtraxerit contra prohibitionem ſtatuti, quo cautum erat, ne forenſes bona acquirere poſſent in ciuitate:talis cõtractus nulliter geſtus nõ reconualeſcit,q̃uis poſtea facta fuerit noua conſtitutio prioris ſtatuti derogatoria,& habilitans forenſes ad acquirendum.

141 Ex quibus † hæc ſecunda principalis dubitatio fœlicem eſt exitum ſortita,concluſione firma ex eius tractatu reſultãte:q̃ nõ ſolum donatio,quæ de Vicecomitatu de Roda & eius caſtris per Don Frãciſcum de Fenollet,& Donnam Francinam eius filiam facta prætẽditur Donnæ Alduntiæ eorum filiæ,& nepti reſpectiue nulla ipſo iure irrita atq; inanis,tam de iure cõmuni,q̃ ex ſpeciali conſtitutione Cathaloniæ iudicari debet:verũ etiam necdum in toto proceſſu inter dictas partes agitato de tali donatione vnq̃ facta certam vel legitimam probationem exhibitam reperiri : ob fidem ſcripturę productę, quatenus hęreditamento,in capitulis matrimonij inter dictam Donnam Francinam,& Don Petrum de Torrellas cõtracti,in fauorem filiorum maſculorum ordinato derogabat,ex vi dictæ conſtitutionis Cathaloniæ in iudicio,& extra iudicium ademptam.

142 TERTIVM † principale dubium tria in ſe particularia complectitur. Primum nunquid ex vi arbitralis ſentẽtiæ latę per Petrum Michaelem,& Petrum Lana, in qua Vicecomitatus de Roda Don Frãciſco de Perellos fuit adiudicatus , priuata fuerit Donna Francina eius mater omni, iure quod tunc in eo Vicecomitatu obtinebat.Secũdum nunquid ex vi eiuſdem ſententiæ,& adiudicationis,ac etiam renuntiationis ſubſecutæ Don Ioannes de Gurrea & de Torrellas filius primogenitus dictæ Donnæ Francinæ fuerit excluſus ab omni iure quod in eodem Vicecomitatu prætendere, vel in futurum ex præterita cauſa ſperare potuiſſet. Tertium nunquid ex eiſdẽ cauſis præfatus Don Franciſcus de Perellos fuerit dicti Vicecomitatus dominus , & poſſeſſor effectus . Quapropter tribus pariter diſtinctis concluſionibus terminabitur,ſingulas ſingulis particularibus ordine referendo.

143 Prima † concluſio primum particulare dubium affirmatiue decidẽs eſt,q̃ per dictam arbitralem ſententiam,& adiudicationem don Franciſco de Perellos in ea factam,viſa fuit Donna Francina eius mater remittere ius omne, quod in dicto Vicecomitatu obtinebat .Nam cum in donatione per Don Franciſcum de Fenollet de eo Vicecomitatu facta dictæ Donnæ Francinæ donatarię fuiſſet iniũctum,vt de dicto Vicecomitatu donato hæreditaret filium maſculum primogenitum, vel ſuo caſu ſecundogenitum, vt in primo prin

primo pricipali dubio explicauimus, nec aliquod tempus fuerit dictæ faciendi obligationi præfinitum, tenebatur dicta Donna Francina donataria factum illud, & hæreditamentum ſibi iniunctum, quãprimum commode poſſet, adimplere: quemadmodum regulare eſt in obligationibus faciẽdi quibus nõ eſt certus terminus cõſtitutus, vt ſtatim, quo illud explicari poteſt, debitor in mora conſtituatur, & obligationis dies veniſſe ac ceſsiſſe intelligatur. l. hæc cõditio ſi in capitolium. de condi. & demonſ. l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. & ibi Bar. Alex. & Iaſ. & l. continuus. §. cum ita. de verbo. obliga. Bar. in. l. ſtipulationes non diuidũtur. in princi. in. 5. quæſtio. eo. titu. Corne. conſ. 207. viſo proceſſu. nu. 2. & conſ. 248. Deciſionem. nu. 6. li. iiij. Quinetiam nulla interpellatione requiſita ex ſententia Bal. in. c. 1. §. ad hæc. nu. 3. hic fini. lex domi. federi. in feudis. quem ſequũtur Alex. in. l. quod te. nu. 8. circa medi. & ibi moder. de reb. credi. idem Alex. conſ. 148. viſo thema te. nu. 2. li. vij. Franciſ. Areti. conſ. 142. Ex facto proponitur. col. 3. in fi. verſi. ſi vero fecit. & Anto. Rube. conſ. 152. videretur primo. in fine.

Nec obſtat † ꝙ dicta Donna Francina tantum grauata fuerit in ea donatione hæreditare filios maſculos de dicto Vicecomitatu: quaſi verbum illud hæreditare actum vltimę voluntatis & teſtamẽti ſignificet. Nam in cõtrarium eſt veritas: Neq; enim illud verbum hæreditandi in grauamine prędicto appoſitum ad teſtamẽtariam diſpoſitionẽ referri, vel reſtringi debet: ſed cum in cõtractu inter viuos prolatum fuerit, donationem etiam, & actum inter viuos ſignificat. Oldra. conſ. 139. Ad habẽdam. Ioan. And. in additio. Specul. titu. de inſtru. ędi. §. porro. ad finem. in additione magna. Alex. in. l. licet inter priuatos. in fi. C. de pactis. refert, & ſequitur Socin. conſ. 102. viſis ſcriptura. nu. 7. li. iij. præſertim ex communi vſu loquendi Cathaloniæ Principatus, quo donationes inter viuos hæreditamenta vocantur, vt in. d. conſtitutione Regis Petri. iij. in Curia Perpinia. A forragitar fraus. & notat Ioan. Soccarrat. in conſuetu. feuda. Cathaloniæ. cap. incipi. Si vaſſallus, vel caſtlanus. nu. 6. pagina. 252. 144

Cæterum † licet non adeo præciſe dicta Donna Francina ad illud hæreditamentum faciẽdum obligata fuiſſet, vtpote quia neceſsitas illius grauaminis & cõditionis implendę in tempus mortis ipſius collata, vel aliâs ad certum tempus dilata conſiderari poſſet, adeo ꝙ non poſſet interim ab eius filijs maſculis ob eam cauſam moleſtari: nihilominus in ipſius fuiſſet arbitrio, vtrum temporis aduẽtum expectare mallet, vel interim ordinationem donatoris præueniendo adimplere. Nam poſt mortem ſuam rogatam reſtituere hæreditatem defuncti iudicio, & anteq̃ fati munus impleat poſſe ſatisfacere, id eſt reſtituere hæreditatẽ, etiam quarta parte vel retenta, vel omiſſa explorati iuris eſt: vt ſunt verba tex. in. l. poſt mortem. C. de fideicõ. & vt dicit tex. in. l. patrem. de his quæ in frau. credi. pater qui nõ expectata morte ſua fideicommiſſum hæreditatis maternæ filio ſuo ſoluto à poteſtate reſtituit, omiſſa ratione falcidię, & plenam fidem, & debitam pietatẽ ſecutus exhibitionis iudicatur. Ad idem tex. in. l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. de verbo. obli. vbi quod certa (inquit) die promiſſum eſt, ſtatim dari poteſt: totum enim medium tempus ad ſoluẽdum liberum promiſſori relinquitur. Et quod in diẽ debetur, ante ſolui poteſt, licet ante peti nõ poſsit. l. cõtinuus. §. cum ita. & l. liber homo. §. 1. eo. titu. l. quod in diem. & l. qui res. §. mihi decem. de ſolutioni. notant vtrobiq; docto. cõmu. præſertim in. d. l. poſt mortem. & poſt alios Alex. in. l. recuſare. §. ſi quis alio. nu. 13. ad. s. c. Trebellia. Paul. Pariſ. conſ. 23. Ser. Franciſcus. nu. 22. li. iij. explicat Roma. conſ. 452. circa primũ. nu. 1. & ſequen. & rationem adnectit, quoniam ea tẽporis dilatio in grauati fauorem in dubio adiecta videtur. l. cum tempus. de regu. iur. l. eum qui calendis. §. quotiens. de verbo. obliga. vnde impediendus nõ eſt, qui ei renuntiare volens reſtitutionem præuenit. l. eũ qui. aliâs incipit. Iabolenus. de annuis legatis. & Pet. de Ancha. conſil. 202. circa primum. nu. 6. cum & generaliter cuilibet fauoris ſui renuntiãdi ſit tributa facultas. l. penul. C. de pactis. cum vulgat. Qua ratione fideicommiſſum ab hærede cum voluerit relictum, licet tractum habeat quamdiu ipſe vixerit. l. fideicõmiſſa. §. ſic fideicõmiſſum. de lega. iij. poterit nihilominus ab eo in vita præſtari. l. vxorem. §. Scæuola. eo. titu. Quinimo his caſibus ante diẽ ſolutũ, cõdici tanq̃ indebitũ, vel repeti nulla ratione poteſt. l. in diẽ debitor. de cõdic. indebi. & glo. in. d. l. ſtipulatio iſta. §. inter certã. ĩ ver. dari põt. de verb. obli. 145

146 Cum ergo † conſtet, q̃ certo iure dictæ Donnę Francinæ poteſtas remittendi ius præ dictum ſibi in eo Vicecomitatu cõpetens tributa eſſet: Vnum ad effectum dictę remiſſionis deficiebat, voluntas videlicet eiuſdem. Tunc enim diſpoſitio reſultat, quãdo concurrunt poteſtas & voluntas diſponẽtis: ſecundum Corne. conſ. 87. videtur. nu. 14. li. ij. quæ duo ad perfectionem actus cuiuſlibet requiruntur, atq; ſufficiũt: vt aliâs ſupra probatum fuit, & præter ibi allegata eſt tex. in. l. dudum. C. de contra. emptio. in. c. ad hæc. j. de appellatio. in. c. ſuper inordinata. de pręben. Bal. conſ. 19. factum ſic proponitur. col. 3. ante fi. li. iiij. Signo. de Homo. conſ. 69. in quęſtione. nu. 18. ver. prętерea eſto. Andrę. Sicu. conſ. 20. illud afferam. col. 8. circa medi. li. ij. cum concordan.

147 Quæ quidem † voluntas manifeſte ex dicto compromiſſo, & laudo deprehenditur, quod tranſactionis vim & naturam obtinet, tranſactioni æquiparatur, & tranſactio nũcupatur, quotiẽs aliquid hincinde fieri, vel præſtari debere in eo declaratum reperitur. auten. vt differentes iudices. §. ſi vero contigerit. vnde ſumitur. auten. ſi vero cõtigerit. C. de iudici. vbi docto. commu. notant. glo. in. l. non diſtinguemus. §. Iulianus. & ibi Bar. de recep. arbi. Ioan. And. in additio. Specul. titu. de arbi. & arbitra. §. reſtat. in. ij. additione. Bal. in. l. 1. nu. 3. C. ſi aduer. tranſac. & conſ. 415. præmittẽdum. nu. 2. & conſ. 463. q̃ ſententia. nu. 4. li. j. & conſ. 181. Primo Quęro. nu. 4. & 5. li. iij. & conſ. 96. pupillus. nu. 1. lib. v. Angel. conſ. 5. Andręas Iannis. nu. 2. Cardina. conſ. 29. pũctus quęſtionis. nu. 20. Abb. cõſ. 62. illud de iure quęritur. nu. 2. Ancha. conſ. 207. In quęſtione. nu. 4. Cuma. conſ. 17. Hieronymus. col. 2. ante medi. verſi. ad primum. Alex. conſ. 82. in cauſa vertente. nu. 11. li. j. & conſ. 119. Quæritur. nu. 3. li. ij. Corne. conſ. 148. viſo quodam protocollo. nu. 2. lib. j. Soci. conſ. 85. viſo compromiſſo. nu. 4. ver. ſed iterum. li. j. Lauren. Calca. conſ. 128. caſus talis. nu. 3. & Caro. Rui. conſ. 11. viſo compromiſſo. nu. 2. li. iiij. Et licet Pau. de Caſt. conſ. 49. in quęſtione. nu. 2. li. j. illud improprie & largo modo intelligẽdum eſſe ſcripſerit: vt & ante eum ſentire videtur Bar. in. l. q̃ ſi Epheſi. §. 1. in fi. de eo quod certo lo. in. l. furti. §. qui iuſſu. de his qui notan. infa. & in. l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. pro ſocio. Specul. titu. de arbi. in prin. col. 4. ver. Ad tertium. Bal. in. l. ſi. nu. 2. C. de cõtra. empti. Angel. in. d. auten. vt differen. iudi. §. ſi vero contigerit. & Lanfran. de Oria. in tracta. de arbi. in princi. nu. 5. horum tamen ſententia procedit nondum emologatione partium ſubſecuta: nam poſt emologationem effectus laudi transfertur in propriam & veram trãſactionis ſpeciem, vt explicat, & diſtinguit Pet. de Ancha. in diſputatione incipi. cũ. C. laicus. col. antepen. quem refert, & poſt longam diſputationẽ ſequitur Ioan. Baptiſ. de ſancto Seueri. in tracta. de tranſactio. quæſtio. 3. nu. 8. ver. aduerre etiam. Socin. in. l. ij. nu. 2. & ſequen. de iure iur. Iaſ. in. l. filiusfamilias. §. diui. in. j. lectura. nu. 94. de legat. 1. Deci. conſ. 60. viſo themate. nu. 3. & conſ. 630. in cauſa quæ reuocatur. nu. 2. & Paul. Pariſ. conſ. 24. licet dominus Nainus. nu. 118. li. ij. cum allegatis per eos.

148 Ex quorum † communi deciſione ſequitur, q̃ facta arbitratorum & verba laudi iudicantur verba, & facta ipſarum partium, qui compromiſerunt, vt infert & probat Angel. d. conſ. 5. nu. 2. & Pet. de Ancha. d. conſ. 207. nu. 4. Cum & aliâs generaliter proditum ſit, factum iudicis iuridice procedẽtis pro facto partis haberi. l. ſi ob cauſam & ibi Bal. C. de euictio. l. profectitia. in princi. ver. ſed ſi proponas. C. de iure doti. optimus tex. in. l. j. C. ſi in cauſam iudi. pig. cap. fit. & in. l. ſi pignora. de euictio. glo. in. l. id quod noſtrum. in. 5. opoſi. de regu. iur. & in. l. j. §. hæc verba, in verbo. exceptione. ne vis fiat ei. & ibi Bar. & idẽ Bar. in. l. j. in prin. col. penul. ver. Quæro qualiter acquiratur. de acqui. poſſe. Cin. in. l. emptorem. circa prin. C. de locato. Bal. poſt Din. in auten. ei qui iurat. nu. 69. C. de bonis auctori. iudi. poſsiden. Sali. in. l. cum notiſsimi. §. imo. col. ij. ver. ex quo patet. C. de pręſcrip. 30. anno. & in. l. ordo. in fi. C. de execu. rei iudi. Imol. in. l. peregre. §. fi. ad finẽ. nu. 6. de acqui. poſſe. & in. l. ſæpe. nu. 30. de re iudi. Bal. in. c. 1. nu. 11. verſi. ſi vero ſequeſtratio. de ſequeſ. poſſe. & fructu. & in. c. quoniam frequẽter. §. fi. ad fi. nu. 9. vt lite nõ conteſ. & conſ. 306. verba inueſtiturę, nu. 1. ver. prætерea ius emphyteoticum. li. j. in quibus duobus vltimis locis ea ratione cõcludit, q̃ in ſolutum datio, venditio, vel adiudicatio facta per iudicem ab ipſo debitore facta exiſtimatur. & idẽ Bal. conſ. 61. in iſta quæſtione. nu. 2. ver. ſecundo ex alio. li. ij. & conſ. 257. dicta tenuta. nu. 2. li. iiij. & conſ. 227. Quando pro debito. in prin,

tō.in princi.verſi.ſecūdum eſt.li.v.Pet.de Ancha.conſ.86. Pro faciliori.nu.5. Alex.conſ. xj. Viſo proceſſu.nu.1.li.v.ſimiliter decidens, factum per iudicem adiudicantem aliquid alicui cenſeri actum ab ipſo debitore, cōtra quem decreta fuit adiudicatio. Socin. conſ. 37. Quidam Nicolaus.nu.3.li.iiij.Iaſ.in.l.à diuo pio.§.ſed ſi emptor.nu.3.de re iudi.& Stepha.Bertran.conſ.347.duabus prætenſis.nu.8.li.j.Et ex ſentētia Caro.Moline. in cōſuetu.Pariſi.titu.j.§.42.nu.26.inueſtitura.& admiſsio in fidem facta à iudice, in omnibus & per omnia eundem operatur effectum, quem operatur admiſsio.& inueſtitura ab ipſo vero patrono facta ratione prædicta, quia (inq̄) tale factum iudicis reputatur factū par tis ipſius. Cui aliam nō abſimilem adnectit, quoniam factum iudicis ex iuſta cauſa procedentis non eſt minoris efficacię q̄ factum veri procuratoris.

Igitur † ſi hoc tantorum teſtimonio abſq; cōtrouerſia admittitur in iudicijs ordinarijs, quæ in inuitum redduntur.l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtichum.de verbo.obli.l.neq; fœmina.&.l.ſi reus.de procurato. multo magis intelligendū eſt procedere in cōpromiſsis, quæ magis ad naturam contractuum q̄ iudiciorum accedunt, iuxta notata per Inno. & alios in.c.quintauallis.de iureiur. Ancha.d.conſ.207.nu.5.& concordantes: vtpote quia quemadmodum cōtractus ab initio ex voluntario atq; ſpontaneo cōſenſu contrahentium procedunt.l.ſicut.C.de actio.& obli.l.inuitum.C.de cōtra.emptio.l.nec emere.C. de iure debi.l.ſi vt certo.§.ſicut cōmodati.&.l.j.§. ſi cōuenerit.depoſiti. ita etiam cōpromiſſa ex cōuentione conſenſu ac voluntate partium compromittētium ortum habent, & legem atq; formam accipiunt.l.ſi dictum.§.ſi cōpromiſſero.de euictio.l.nō diſtinguemus.§.de officio.de recep.arbi.cum de iure cōmuni nullus ad compromittēdum compelli poſsit, vt ex multorū ſentētia concludit Alex.conſ.62.In cauſa & lite.nu.1. & conſ. 65.eiuſdem principij.nu.1,& conſ.144.viſo ſtatuto.nu.2.li.vij.& Corne.conſ.76.licet in hac.nu.7.li.j.& conſ.65.Quamuis pręſens.nu.4.li.iiij.& ea propter tranſactionis nomen compromiſſa meruerūt, vt probatum fuit, ea videlicet ratione, quia ſicut tranſigere nullus compellitur, ita nec compromittere. vt infert Alex.d.conſ.144.nu.2.li.vij.& Ancha. d.conſ.207. nu.4. qui tandem hoc argumento concludit, multo maiori ratione ea quæ ab arbitris gerūtur, q̄ acta iudicialia pro partiū factis eſſe habēda,& Angel.d.cōſ.5.nu.2. 149

Quod amplius † confirmatur, eo retento quod ex prædictis colligitur, omnem videlicet arbitrorum poteſtatē à partium compromiſſo originem trahere, vt probat etiam Alex.conſ.94.in cauſa.nu.6.& conſ.119.Quæritur.nu.9.li.ij.& conſ.j.Ponderatis.nu.49. & conſ.22.viſo titulo.nu.11.& conſ.82. Ponderatis narratis.nu.3.li.v. Cōfirmatur (inq̄) ex regula generali, quam notauit Paul. de Caſt.in.l.apertiſsimi. in fi.nu.10.C. de iudici. q̄ factum ab eo cui ego dedi faciēdi poteſtatem, cenſetur à memetipſo factum, arg.d.l. apertiſsimi.&.l.aſſe toto.de hære.inſtitu.&.l.Iudęi.2.C.de iudę.& cœli.&.l.vnum ex familia.§.ſi de falcidia.de legat.2. &.l.apud aufidium. de optio.lega. per quæ notat glo. in ead.l.apertiſsimi.in verbo.de legati.q̄ electio ex cōmiſsione mea à te facta, perinde habetur, ac ſi à me ipſo facta fuiſſet. Et vltra tex.in.c.mulieres.in fi.de ſenten.excō. per quē ſcripſit Ludouicus Gomez.in tracta.mādato.de prouiden.nu.17.q̄ is facere dicitur, cuius nomine, ſeu cuius auctoritate actus explicatur. Et tex.in.l.ſi quis inquilinos. §. cum ſeruum.de legat.1.in.l.penul.de ſeruis expor. & in.l.ſi. de noui ope.nūtia. per quæ infert Paul.de Caſt. in.d.§. cum ſeruum.nu.2. q̄ geſta ab eo qui à me cauſam habuit, à me acta exiſtimātur. Et tandem is alienationem vel actum feciſſe iudicatur, quē alienationi vel actui ab alio celebrato cōſenſum ſuum.& auctoritatem præſtitiſſe apparet.l.ſi ſeruus.§. 1.de dona.inter vir.& vxo.l.2.C.ſi aduer.donatio.l.in ædibus.in fi.de donatio.l.ſi ſic. ſolu.matri.l.ſi fundus.§.ſi neſciente.de pignori.l.ſi liqueat.C. de ino.dona.l.vtrum.&.l.ſequen.ad legem Pompe.de Parri.l.j.§.deieciſſe.de vi & vi arma.l.is dānum.de regul.iur.l. hac edictali.§.ſi vero plus.C.de ſecun. nupti.l. filiusfamilias. C. de iure deli.l.vice.C. de dona.l.nihil intereſt.C.ad leg.Corne.de Sicca. Omnia enim noſtra facimus.quibus auctoritatem noſtram impartimur.l.j.§.omnia.C.de vete.iur.enu.&.c.ſi apoſtolicę.de prę bē.in.6.notat Bar.in.l.cū pater.§.libertis.de lega.2.& in.l.quę dotis.col.antepen.verſi.tertio pone.& ibi Iaſ.poſt alios.nu.66.ſolu. matri. quorū ea eſt ſentētia, q̄ ſi cōſentio alteri rē meā donāti, ego potius dicor donare.& Alberi.in.l.iubemus.nu.5.C.ad.s.c.velleyan. 150

151 Quæ † licet ſit brocardica diſputatio,& per cõſequens non ſemper adeo conſtans & firma eius aſſertio vel negatio generalis:tamẽ in ſpeciali caſu certa eſt tot iuribus ſupra proxime cõfirmata ſentẽtia,quando videlicet conſentiens alienationi ſeu adiudicationi per alium factę eſſet dominus ipſius rei donatę ſeu adiudicatę:tunc enim proprie dicitur actus ille geſtus & celebratus ab ipſo cõſentiente, vt determinat Bal.in.l.ſi vt proponis.C.de ſeruo pigno.dato manu.& idem in.l.ſi liqueat.nu.1.verſi. ſecũdo nota.C.de inoffi.donatio.Vbi nõ tantum (inquit) ille donat,qui verbo donat,ſed etiã ille qui conſentit,videtur donare,ſi res erat cõſentientis: Et inde infert,ꝙ nõ ſufficit hoc caſu inſinuare donationem tanꝙ factam ab eo qui ſe dicit donare,ſed debet ea inſinuari, tanꝙ facta à conſentiente,quia ab eo proficiſcitur dominium. Et idem Bal.in.l. is qui hæres.ad fin.verſi.venio ad tertiam.de acqui. hære. vbi ex eo notat, ꝙ renũtiatio facta per filium ex iuſſu ſeu conſenſu patris,idem operatur,ac ſi facta eſſet ab ipſo patre.Ad idem Bal.in c.j.§.illud.nu.4.C.de prohi.feudi aliena.per Federi.Iaſ.poſt Bar. & Antiquos.in.l.ſi fundum per fideicommiſſum. nu.36.de legat.j.& in.l.quotiẽs ab omnibus. nu.3.poſt Angel. Floria.& Fulgo.C.de fideicommiſ.Paul.de Caſt.conſ.319.viſis & examinatis. col.fi.li.ij. Franciſ.Areti.conſ.127.Eximię.col.3.ver. ſecundo hoc patet.& Socin. conſ.43. viſo teſtamento.nu.18.li.iiij.

152 Ex quibus † infertur ad propoſitum firma concluſio, & multorum teſtimonio approbata:ꝙ ſi cõſentio alteri de re mea vel mihi obligata diſponenti, videor remittere totũ ius,quod in ea re obtinebam in fauorem illius, in quem effectus diſpoſitionis dirigitur, non minus ꝙ ſi ego ipſe de tali re eo pacto diſpoſuiſſem: per tex.qui dicitur ſingula.in.l. ſicut.§.ſi voluntate.&.§.vẽditionis.quibus mo.pig.vel hypote.ſol.vbi creditor conſentiens debitori vendẽti,vel aliâs diſponenti de re ſibi pignori obligata, cenſetur ius illud pignoris,quod in re illa habeat,remiſiſſe. Et hunc textum ad effectum prædictum tanꝙ ſingularem notat Bal.in.l.ſi tibi.§.de pignore.col.fi.verſi.in ea ibi vendidit. de pactis.& in.l.certum.nu.24.verſi.eſt quintus caſus.C.vnde legiti.vbi per illũ tex.ſcripſit, ꝙ propter meum cõſenſum etiam de meo tu potes teſtari:idem Bal.in.l.vẽditioni. nu.1.per illum tex.C.de vſuca.pro empto.& in.l.quotiẽs ab omnibus. nu.12.C.de fideicom. & in l.ſenium.nu.3.C.qui teſta.face.poſ.& in.c.1.in princi.nu.19.verſi.deinde nota ꝙ de permiſſũ.de prohi.feu.alie.per fede.& in.c.1.§.præterea.poſt princi.verſi.& fundatur regula.quibus mo.feu.amita.& in.l.cum rem alienam.nu.7.C.de legat.vbi Sali.col.2.ver.Primum dubium.in fortioribus terminis loquitur,in nudo videlicet conſenſu quod minime trãſierit in cõtractum:& explicat ibi Iaſ.nu.5.in.4.limitatio.Bar.in.l.quæ dotis. col. antepen.ver.tertio pone.ſolu.matri.& ibi Roma.& poſt eum Imol.col.fi.ver. item adde his quæ dicit.Alex.nu.24.& Iaſ.nu.60. late idem Iaſ. poſt antiquos. in.d.l. ſi fundum per fideicõmiſſum. nu.31.vſq; ad finem. de legat.1. & in.l.cum proponas filios. nu.12.C. de pactis.& in.l.ſi quando.§.& generaliter.nu.7.C.de inoffi.teſtamen.

153 Eandemq; † concluſionem in varijs facti contingentijs conſulentes vbiq; ſecuti fuerunt,& inter eos Bar.conſ.211.Quidam ſibi filios.nu.4.Bal.conſ.89.Dominus Thomas Aſmarius. nu.7.lib.j. Roma.conſ.87.circa id de quo.nu.1.Paul.de Caſt.conſ.319. viſis & examinatis.nume,3.col.fi.verſi.ſed ſi quid.li.ij.Corne.conſ.284.In præſenti.nu.17.li.j. & conſ.41.videtur in hac.nu.9.& conſ.144.licet in hac.nu.8.li.iij.Iaſ.conſ.13. puto ꝙ in the mate.in princi.& conſ.57. in cauſa mota. nu.2. col.4.ver. Quarto & vltimo. & conſ.89. aggredior itaq;.nu.5.in.6.dubio. li.j.& Stepha.Bertran.conſ.329. Ponitur in facto. nu.4. li.j.cum multis ſimili.

154 Alibi † Bal.in.l.dotalem ſeruum.poſt princi.ſolu.matri.allegans tex.in.d.l.ſicut.§.venditionis.& in.l.codicillis.§.j.de legat.ij.& auctoritates Iaco.de Aren. & Cin. concludit, ꝙ ſi vaſſallo vel emphyteote alienanti feudum,vel fundum emphyteoticum dominus conſentiat,præiudicat ſibi in totum quo ad rem,& pretium vt ſequitur Alex.in.d.l.quę dotis.nu.25.& ibi Iaſ.nu.63.ſolu.matri.idem Iaſ.in.d.l. ſi fundũ per fideicõmiſſum. nu.32. de legat.1.Alex.qui cõcordantes allegat conſ.189.viſo & mature diſcuſſo. nu.9.lib.ij.& Matthę.de Afflic.conſilij Neapoli.Deciſ.112.inter dominam Lauram.ad finem.nu.8.

155 Quorum,† vltra præmiſſam rationem, alia breuior ratio colligi poteſt ex doctrina Bar.in.l.

Bar.in.l.cum quis decedens.in finẽ princi.de lega.iij.vbi.notanter determinat,q̃ cõſenſus à me alteri de re mea diſponenti prẽſtitus vim habet mãdati,ita vt ex mandato meo iudicetur ea diſpoſitio proceſsiſſe:& idem Bar.conſ.211.Quidam ſibi filios hæredes inſtituit.nu.3.Corne.conſ.76.licet in præſenti.nu.5.li.iiij.& Iaſ.in.d.l.ſi fundum per fideicõmiſſum.nu.41.de legat.1.Quibus ad ſpeciem facti noſtri applicatis cõcluditur,Adiudicationẽ Vicecomitatus de Roda Don Franciſco de Perellos in ſupradicta arbitrali ſententia factam,perinde habẽdam eſſe,ac ſi facta fuiſſet per Donnam Francinam eius matrem,cuius cõſenſu & auctoritate compromiſſum firmatum fuerat,& arbitralis ſententia promulgata.Atq; ex eo corollarie Primo infertur certa excluſio dictæ Donnæ Francinæ ab omni iure quod in eo Vicecomitatu obtinebat:cum illud ius,cõſentiendo adiudicationi prędictę,viſa fuerit remittere, & relaxare, ac in dictum Frãciſcum filium,cui adiudicatio facta fuit,libere trãſportare. Secundo vero infertur,q̃ quemadmodum fruſtra quis conatur proprium factũ legitimè perfectum impugnare, non minus fruſtra in poſterum dicta Donna Francina adiudicationem prædictam infringere,vel quicquàm in derogationem illius agere conata fuit:quod tamen vltimum ſuo loco explicabitur.

Secunda † concluſio,ſecũdum particulare dubiũ decidens eſt,q̃ ex vi eiuſdem 156
arbitralis ſentẽtiæ,& adiudicationis ac renũtiationis ſubſecutæ Don Ioãnes de Gurrea & de Torrellas filius primogenitus dictæ Dõnæ Frãcinæ excluſus fuit ab omni iure,quod in Vicecomitatu de Roda prætẽdere,vel in futurum ex cauſa præterita ſperare potuiſſet: Quæ quidem excluſio ex triplici Capite comprobatur.

Et primo † quoniam in dicto compromiſſo,& renũtiatiõne aperte animum ſuũ de- 157
clarauit dictus Don Ioannes de Gurrea & de Torrellas primogenitus q̃ nõ intendebat paternum familiæq; ſuæ nomen & arma omittere,nec conditioni, ſub qua in Capitulis matrimonij per Don Franciſcum de Fenollet vocatus fuerat, obtemperare,nomẽ & arma de Perellos abſq; aliqua alia mixtura ſumendo. In eoq; propoſito & voluntate toto vitæ ſuę tempore perſeuerauit,ſemper nominibus prędictis de Gurrea & de Torrellas ſe appellans,vt ex teſtamento alijsq; actibus ab eo celebratis euidẽter colligitur. Cæterum renũtiatio iuris non minus ex facto q̃ ex verbis induci,& cauſari poteſt.c.ex ore.de his quæ fiunt à maio.part.capi.c.gratum.de offi.delega.& glo.in.c.dilecti filij.j.in verbo. facto prouocare.de appella.quẽadmodum & ipſo facto quis cõſentit,& ratificat.l.Paulus reſpondit non tãtum verbis.rem rat.habe.&.l.3.§. falſus procurator.cum glo.in ver. prouocauit.eo.titu.l.ſi proponas.§.1.de inoffi.teſta.c.ſit rector.ver.quid aliud eſt.43.diſtinc.&.c.per tuas.de cõdi.appoſi.Et facto quis ſicut & verbis cõfitetur vel negat.c.exiſtimant.11.q.3.&.c.cum ſuper abbatia.cum glo.in ver.cõfeſſus eſt.de offi. delegat. Et facto etiã mẽtitur.c.cauete.22.q.5.vt hæc & alia huiuſmodi notauit glo.in.d.c.exiſtimant. in ver.factis.& in.d.c.cum ſuper. & in.d.c.dilecti filij. & in.d.c.gratum. in verbo. receſſum.quæ allegant concor.

Et generaliter † non minus facto,q̃ verbis animũ voluntatemq; declarari probat tex. 158
in.l.reprehendenda.vbi Bal.in.1.notabi.Paul.de Caſt.nu.3.Iaſ.nu.7.& moder.C.de inſti. & ſubſtitu.in.l.procula.& ibi glo,in ver.tacite.de probatio.in.§. ſeruos,inſtitu. de rer.diui.in.l.dolum.C.de doli.excep.in,l.certum.de rebus credi.in.l.ſi auia.C.de iure doti.in.l. de quibus.vbi Paul.de Caſt.nu,9.de legi.in.l.recuſari.& ibi Imol. nu.1.de acqui.hære. & in.c.1.xliiij.diſtinc.Bal.in.l.ſi aquam.nu,14.C.de ſeruitu. & aqua. Iaſ.in.l.ſi ita legatum.§. illi.nu.2.de lega.1.Signorol.de Homo de.conſ,90.Ambroſius.nu,28.Roma.conſ,96. ſuper eo.nu.4.Pet.de Ancha.conſ.337.de efficacia.nu.11. Alex.conſ.79.circa primũ.nu.25. li.j.& conſ.52.circa hanc.nu.3.li.iiij.vbi allegat illud Poeticum,Et facta loquũtur,& alibi paſsim,Corne.conſ.1.in hac.nu.12.li.j,& vbiq; frequenter,Et Iaſ.conſ.227. Carolus.col. 12.verſi. decimo ſexto facit. li.ij.vbi amplius inquit,per actum nullum,imperfectum,& inualidum probari voluntatem,& conſenſum agentis.

Quinimo † euidẽtius voluntas facto declaratur,q̃ verbis.l.ſi tamen.§.ei qui. de ędili. 159
edic.d.c.dilecti filij.& ibi poſt glo. Anto.de But. nu.2. Bal. nu.1.& poſt alios Deci. nu.2. de appellatio.Paul.de Caſt.in.d.l.de quibus.nu.9.Iaſ.in.d.l.reprehẽdenda.nu.7. Deci.in l.2.nu.7.C.de pactis.Pet.de Ancha.conſ.158. Ex narratis in facto.nu.17.& conſ.302.Ma

teria.nu.1.Abb.conſ.116.Illud de iure.nu.3.li.ij.vbi facta dicit fortiora ad voluntatem de clarandam q̃ verba,Roma.conſ.291.Cum iſti fratres.nu.4.Corne.conſ.271.licet videatur.nu.4.li.j.Socin.conſ.160.In præſenti.nu.5.li.ij.Frãcif.Squillacen.in tracta. de fide Catholica.cap.15.nu.3.& Nico.Boeri.in tracta.de ſeditioſis.in.7.prę ſupoſito.nu.10.Et facit tex.in.c.in ſacerdotibus.16. diſtinc. vbi ſcriptum eſt ex factis prælatorum magis inſtrui ſubditos,q̃ ex verbis.Et Bal.in.l.nõ ignorat.nu.5.C.qui accuſa.nõ poſ.dicens q̃ facta vero proximiora ſunt,q̃ nuda vocabula,vt ſequitur Iaſ.cõſ.102.exordien.Ser Benedictus. col.j.ver.confirmatur quia magis.li.iiij.Et alibi Bal.in.c.ſuper literis.nu.11.de reſcrip.prę miſſo Caſsiodori vulgari dicto,q̃ nullum eſt maius mentis teſtimonium,q̃ qualitas inſpecta verborũ,de quo late per Iaſo.in.l.iij. per illũ tex.C. de libe.præte. ſubdit ipſe Bal. Imo nullum eſt maius mẽtis noſtrę teſtimonium,q̃ qualitas inſpecta factorum,quę ſine loquela ſe intelligunt,& per ſolum aſpectum imprimunt ſuam voluntatem vnus alteri & viciſsim:refert Iaſ.conſ.3.in cauſa ſocietatis.col.4.in fi.verſi. confirmatur iſta ſolutio. li.3.& Aymon.conſ.204.vniuerſitas Cherij.nu.11.& ſequen.parte.2.

195 Et vltra † quod de hæredibus & ſucceſſoribus dictũ eſt ratione probatur: Cum enim cõſtituens ſe nomine alterius rem aliquam poſsidere fateri, & aſſerere videatur tunc illius rei poſſeſsionem ſe obtinere: ſi quãdo ipſius ſucceſſores hoc negarẽt, vel in dubium reuocarẽt, prædeceſſorem auctoremq; ſuum mẽdacij coarguerent, quod hæredibus eſt interdictum, qui dicere nõ poſſunt teſtatorem fuiſſe mentitum, ſecundum Bal. conſ. 89. Dominus Thomas. nu. 3. li. j. ex eo inferẽtem q̃ ſi teſtator in teſtamẽto de re aliqua tanq̃ propria diſpoſuerit, minime audiẽdus eſt hæres, qui rem illam alienam eſſe cõtenderet: ergo neq; ſucceſſores dicti Don Ioannis de Gurrea, & de Torrellas prædictũ poſſeſsionis defectum cõtra ipſius aſſertionem poterũt allegare. Ex quibus & obiectio pręmiſſa, ac etiam tota hæc tertia principalis dubitatio ſupereſt reſoluta.

196 QVARTVM † ſequitur principale dubium, Nunquid mortuo Don Franciſco de Perellos, quem Vicecomitatus de Roda dominum & poſſeſſorẽ in ſuperiori dubio cõſtituimus, dictus Vicecomitatus ad Donnã Frãcinam eius matrem ſuperuiuẽtem redierit, ex vi cõditionis & vinculi in donatione per eam eidem Don Franciſco filio de eo Vicecomitatu & omnibus bonis (vt dictum eſt) facta appoſiti. Quod quidem duabus principalibus terminabitur cõcluſionibus negatiuis: In quarum prima Vicecomitatum prædictum in eo vinculo incluſum nõ fuiſſe probabitur: In ſecunda vero etiamſi in dicto vinculo Vicecomitatum prædictum comprehẽdi quis vellet, acceptationem tamen donationis cum cõditionibus & vinculis per dictum donatarium in cõtinenti factã, ad vinculum quatenus ipſum Vicecomitatum reſpiceret referendam non eſſe aperietur.

197 Ad primam † concluſionem pręſupponendum eſt, hanc eſſe generalem cõtractuum naturam, vt verba illorum ſecũdum propriam & ſtrictam ſignificationem intepretentur. l. quicquid aſtringẽdę. de ver. obli. c. cum dilecti. de donatio. Archi. in. c. ſi quis ſuadẽte. xvij. q. iiij. Alex. in l. ſi extraneus. nu. 5. de cõdic. ob cauſam, & conſ. 61. Super eo. nu. 1. li. j. & conſ. 75. põderatis. nu. 7. li. ij. & conſ. 48. In cauſa. nu. 4. li. vij. tutius enim ſemper exiſtimatur in dubio verbis cõtractus inhærere, & ab illis nõ recedere: vt arg. tex. in l. ſemper in ſtipulationibus. de regul. iur. & in l. fideiuſſores magiſtratuum. §. pro aurelio. de fideiuſ. monuit Bal. conſ. 180. Ad euidẽtiam. nu. 4. li. ij. adeo q̃ vbicunq; ceſſant verba, vel eorũ propria ſignificatio adaptari nõ poteſt, ipſa quoq; diſpoſitio ceſſare intelligatur. l. ita autem. in prin. de admi. tuto. l. ſi ſeruum. §. nõ dixit prętor. de acqui. hære. & Corne. conſ. 146. in hac. nu. 4. li. ij. Nec vlla ſuperſit intẽtionis aut voluntatis quæſtio, quotiens verborum

verborum clara eſt diſpoſitio.l.ille,aut ille.§.cum in verbis. de lega.iij.l.cõtinuus.§. cum ita.de ver.obli.Alex.conſ.81.viſa conſultatione.nu.16.li.vj.Ludo.Bologni.conſ.53.Inuocato.nu.10.inter ea Alexan.conſilia.li.iiij.& Corne.conſ.60.Quanq̃.nu.11.li.ij.Ea quippe interpretatio, quæ fit ex coniecturata mente magis procedit, & verificatur in vltimis voluntatibus, q̃ in contractibus.l.cum acutiſsimi. iunctis ibi notatis per Bal.in vlti. q.C.de fideicom.& Socin.conſ.93.teſtamentum.nu.16.li.iiij.

Conſideranda † igitur, & diligenter examinanda ſunt verba vinculi & grauaminis 198
prædicti,per dictam donnã Francinam in ea donatione pręinſerti,& appoſiti,quæ ſunt huiuſmodi:⌈Quòd ſi vos dictus nobilis Franciſcus de Perellos filius noſter deceſſeritis quãdocunq; ſine prole legitima, & naturali,vel cum prole legitima & naturali,quæ nõ peruenerit ad ætatem cõdendi teſtamentũ,in his caſibus,& quolibet ipſorum prędicta quæ vobis damus,ſiue de quibus vos hæreditamus,nobis ſi tunc vixerimus,ſin autẽ hæredi noſtro vniuerſali,aut illi,vel illis cui vel quibus voluerimus,vel ordinauerimus verbo,inſtrumẽto,teſtamento,vel aliâs qualitercunq; libere reuertãtur.⌋ Nam q̃uis dictio ⌈prædicta⌋ in eo vinculo appoſita ſit ex ſua natura omnium prędcedentium repetitiua: ea tamen adiectio ⌈Quæ vobis damus &c.⌋ illius ſignificationẽ minuit,reſtringit, atq; coarctat:vt ad ea tantũ referatur,quæ vere in donatione cõtinebãtur. Relatiuum enim ſubſtãtię quis vel qui ſubiectum ſine copula, & annexum verbo præſentis temporis inducit prędcedentis generalis diſpoſitionis reſtrictionem,& limitationem, quando qualitas per illud expreſſa,nõ poteſt omnibus ſub ea præcedenti vniuerſitate comprehenſis accommodari.l.ea tamen adiectio.de lega.iij.l.à filio.§.teſtator.de ali.& ciba. legat.l.nuper.eo.titu.l.quintus.de auro & argen.lega.l.omnes populi.vbi Bar.in.1.oppoſi.& Paul. de Caſt.nu.2.de iuſti.& iur.&.l.cunctos populos.& ibi poſt Pet.de Bellaper.& Cin.notat Pau.de Caſt.nu.2.& Iaſ.in.1.lectu.nu.2.& in.ij.nu.3.C.de ſumma trinita.Bal.in.l.præcipimus.nu.4.C.de appella.Alberi.in.l.extra territorium.nu.16.de iuriſ.om.iudi.Pet.de Ancha.in.c.Ioannes.nu.28.de teſtamen.Iaſ.in.l.1.§.item acquirimus.nu.40.&.§.veteres. nu.12.de acqui.poſſeſsi.& in.l.miles.in prin.nu.2.de re iudi.Paul.de Caſt.conſ.417.q̃ dicti redditus.col.1.ver.prętera relatiuum.li.j.Alex.conſ.29.Ponderatis.nu.4.ver.Quinto.li.vj.Corne.conſ.161.licet videatur.nu.7.li.j.& conſ.4.diu poſt conſilium.nu.6.li.ij.& conſ.25.Circa primum.nu.16.& conſ.24.Licet.nu.18.& conſ.224.Conſiderata. nu.11.li. iiij.Iaſ.conſ.97.In ſpectabilem.nu.1.ver. Secundo.& nu.3.lib.j.& Curti.Senior. conſ.42. Quia vt inquit.nu.24.cum ſimili.

Et ſi quis † obijciat,illud verum eſſe,quotiens relatiuum ſubſtãtiæ ſupponitur generi 199
vel vniuerſitati,nõ autem certis ſpeciebus,vel corporibus nominatim deſcriptis,vt explicant Bar.& alij.in.d.l.ea tamen adiectio.& Socin.conſ.91.Caſus ſuper quo.nu.8.li.iij. & proinde impertinenter ad ſpeciem noſtram aduocari, in qua donatio cum diſtincta Vicecomitatus de Roda,& caſtrorum eiuſdem deſignatione pręceſſerat,dupliciter reſpondetur:Et primo cõtrarium procedere in diſpoſitionibus ex vna tantum parte obligatorijs in legatis ſcilicet,donationibus puris,& ſimilibus, quæ ex falſa demõſtratione, modo de corpore conſtet nõ vitiantur: At vero in cõtractibus reſpectiuis(qualem hũc noſtrum fuiſſe ſtatim declarabitur) ceſſat obiectio: quoniam hi licet de corpore cõſtet, & ita de rebus fiat mẽtio ſpecifica,ob falſam tamen demõſtrationem per relatiuum vel aliâs expreſſam vitiãtur,& corruunt,iuxta diſtinctionem & theoricam Bar.in.l.falſa de monſtratio.col.v.ver.quarto quæro.de condi.& demo.quẽ alij ſequũtur,& aperte ſenſit Socin.d.conſ.91.nu.8.li.iij.Secundo adhuc in diſpoſitionibus nõ reſpectiuis obiectio tunc intelligẽda eſt procedere,quãdo demonſtratio ſubiecta per relatiuum eſſet in totum falſa:nam ſi eo caſu de ſpeciebus,ſeu corporibus ſpecialis mentio facta fuit, cẽſetur relatiuum adiectum nõ reſtrictiue,ſed potius demõſtratiue, ne diſpoſitio in totum corruat,& vitietur.Si vero demõſtratio & qualitas ipſa reperiatur in parte falſa,& pro parte vera,quid iuris ſit,explicat Socin.in.d.l.falſa demõſtratio.nume.8.his verbis. Vltimo (inquit) adde vnam concluſionem,quia quãdo demonſtratio eſt pro parte falſa, & pro parte vera,vitiatur diſpoſitio pro ea parte,pro qua eſt falſa: quia tunc demõſtratio non videtur adiecta ad demõſtrationem,ſicut quãdo in totum eſt falſa vel vera,ſed videtur

adiecta ad limitationem diſpoſitionis: & hoc ſiue demonſtratio reſpiciat genus, vt in.l. quintus.ij.§.j.de auro & argen.lega.& in.l.libertis, quos in prin. de ali.& cib. legat. ſiue reſpiciat ſpeciē certam, vt in.l.ſtichum qui meus erit.de lega.1.& eſt caſus. in.l.ſerui electione.§.fi.eo.titu.hactenus Socin. Quam etiam diſtinctionem ante eum approbāt Rapha.Cuma.in.d.l.ſerui electione.§.fi.in repeti.poſt medi.ver.& ſic demonſtratio iſta.& ibidem Alex.in fina.verbis. in nō reſpectiuis etiam (vt dictū eſt) diſpoſitionibus loquē tes,& Deci.qui tamē Socinum nō memorat in.l.cuius effectus.nu.5.de regul.iur.

200 Quæ quidem † ad factum de quo quæritur,& verba retentionis & vinculi ſupradicti applicando, aduertendum eſt, q̄ qualitas & demonſtratio illa ⌈Quæ vobis damus⌉ determinans relationem præcedentis dictionis ⌈prædicta⌉ reperitur falſa quoad Vicecomitatum de Roda, quem dici nō poterat dicta Donna Francina dare, cum illum nō haberet: vtpote quia multo antea illius dominium & poſſeſsio in ipſum Don Franciſcum de Perellos ex vi arbitralis ſentētiæ (vt in præcedenti dubio concluſum fuit) tranſlata fuiſſet. Nam cum verbum dare ſignificet dominij tranſlationem.l.j.C.de fun. dota.l.ſtipulatus.de vſur.l.fi.de condic.ob cauſam.l.vbi autem nō apparet.§.fi.de ver.obliga.§.ſic itaq; diſcretis.inſti.de actio.Bal.conſ.98.Bretonus de Couo.nu.3.li.j.Corne.conſ.296.in hac.nu.2.li.j.& Soci.conſ.69.viſo laudo.nu.9.li.iiij. nō poteſt ea qualitas dationis verificari reſpectu dicti Vicecomitatus, qui iam erat extra dominiū donatricis, & in quo tūc temporis nullum ipſa ius habebat,& proinde nihil transferre poterat.l.nemo plus iuris. de regu.iur.cum vulgat.& eſt Bar.adagium. in.l.ſi vniuerſę.C. de legatis. Mal da chi nō ha diche la campana de ſan Petro. Cęterum q̄uis eo reſpectu falſa eſſet ea qualitas & demonſtratio, vera tamen erat,& verificari poterat reſpectu aliorum bonorum in donatione præcedenti comprehēſorum,& in donatricis dominio exiſtentium. Et cōſequenter qualitas prædicta dationis nō demonſtratiue, ſed magis reſtrictiue ad excluſionem dicti Vicecomitatus, aliorumq; bonorum extra dominium donatricis exiſtentium appoſita iudicari debet, tum quia cōtractus noſter reciprocus & reſpectiuus fuit, tum etiā quia licet ſimplex cōſiderari poſsit, non ideo minus demōſtratio pro parte falſa, & pro parte vera, quatenus falſa reperitur præcedētem diſpoſitionem etiam ſpecialem limitat, atq; reſtringit, vt ſupra proxime in diſſolutionibus obiectionis incidenter formatę explicauimus. Quæ in ſumma ad breuem argumentationem reduci poſſunt: Nullus id dare dici poteſt, quod nō habet, ſed dicta Donna Francina tantum in eo vinculo diſpoſuit ad ſe reuerti bona, quæ tunc donabat Don Franciſco filio, ergo certum redditur, in dicto vinculo nō comprehendi bona, quæ eo tempore dicta donatrix in ſuo dominio nō habebat,& ita quæ dici nō poterat donare, qualis erat dictus Vicecomitatus, de quo tractatur. Et hoc quidem eſt capitale huiuſce concluſionis fundamentum, quod ſequētibus fulcitur rationibus.

201 Primo † ex vi eiuſdem relatiui quis vel qui, quod iuxta tex. in.d.l.ſtichum qui meus erit. vbi Bar. & Docto. de lega.1.exponi debet, id eſt quatenus. & idem Bar.in.l.ſi debitor.§.veriſimile.per illum tex.de cōtra.emp.& in auten.ex cauſa.col.fi.ver.Quęro, quid ſi teſtator.C.de libe.prēte.& Corne.conſ.195. Circa primum.nu.6.li.3.& conſ.170. ad fi. eo.li.3. Exponamus igitur & nos verba illa ⌈quæ vobis damus⌉ in vinculo prędicto ſcripta, hoc eſt quatenus vobis damus: quaſi vinculum illud verbis huiuſmodi conceptum fuiſſet: Prædicta quatenus vobis damus, id eſt, quatenus illorum dominium in vos trāſferimus, ad nos reuertātur &c.& exploratum erit in tali vinculo dictum Vicecomitatū nō cōprehēdi, cuius dominiū nec trāſlatum tūc fuiſſe, nec trāsferri potuiſſe oſtēdimus.

202 Secundo † cōfirmatur, quoniam licet Vicecomitatus prædictus de facto tunc per dictam Donnam Francinam donatus dici poſſet, tamen verba illa ⌈quæ vobis damus⌉ ad præcedētem donationem non quatenus de facto, ſed quatenus de iure proceſſerat, ſunt referēda, vt in ſpecie notauit Paul.de Caſt.conſ.417.q̄ dicti redditus.nu.2.ver.item prę cedunt.li.j.per tex.in.l.penul.&.l.ſiue.§.cum autem.rem rat.habe.in.l.filius. de condi.inſti.in.l.nepos proculo.de verb.ſignifi.& in.l.veſtis.§.muliebria. de auro & agen.lega. Et generaliter proditum eſt, verba diſpoſitionis ad ius nō vero ad factum in dubio referri debere ex.l.decernimus.C.de ſacro.eccle.l.recte. & ibi Iacobi.de San.Geor. de iudi.c.j.

de regu.

de regu.iur.in.vj.l.fi.C.de actio.empti.l.ſtipulatio.§.hi qui.de verbo.obli.c.faciat homo, 22.q.2.c.ſi gratioſe.& ibi Phi.Fran.de reſcrip.in.vj.glo.in.c.cõſultationi.de tempo.ordi. Abb.in.c.fi.de bigamis. Inno.in.c.dudum.in fi.de deci. & Pet. Rebufi.in repeti.l.vni. in præfationi.nu.75.C.de ſenten.quę pro eo quod inter.profer.Indeq; etiam communiter dicitur,verba teſtantium & cõtrahentium ad iuris intellectum eſſe referenda.l.curatores.§.fi.de admi.rer.ad ciui.per ti.l.Gallus.§.j.de libe. & Poſthu. cum ſimil. quæ ad id allegat Paul. de Caſt. conſ.371.viſo puncto.nu.3.li.ij.& conſ.270.eiuſdem initij.nu.2. eo.li. ij.& Pet.de Ancha.cõſ.120. pro clariori.nu.4. verbũ autem ⌈damus⌉ quã ſecundũ iuris intellectũ ſignificationẽ habeat,certũ redditur ex his,quæ ſupra.nu.200.ſcripta fuerũt.

Tertio † confirmatur auctoritate Iaſo.in.l.ſi ſic legatum.§. ſi mihi. nu.2.3.&.4. de lega.1.cuius ea eſt ſententia, ꝙ ſi teſtator legauerit Titio viginti,quæ ſibi ab eodem Titio vel alio debẽtur,relatiuum illud (quæ) adnexum verbo præſentis temporis facit condi tionem de preſenti,id eſt,ſi ipſi teſtatori illa viginti debita reperiẽtur.Nam quanq̃ ſecũ dum eum illa nõ ſit propria cõditio,cum ſuſpenſionem actus in futurum,vt requiritur, non inducat.l.ſi ſtipulatus fuero hãc ſummam.de verbo.obli.& l.cum ad preſens. ſi cer. peta.nihilominus tamen ſi ea cõditio deſignata per relatiuum de præſenti reperitur fal ſa,vt quia nihil ſit debitum teſtatori, nullum (vt ipſe inquit) redditur ipſum legatum, tamq; eius ſubſtantia deficiẽte per illũ tex.& in.l.ſi ſeruus legatus.§.qui quinq;. eo. titu. de lega.j.in.l.cum in ſecũdo.de iniuſ.rup.& in.l.legauit.cum glo.de libera.legat. 203

Quarto † confirmatur ex natura dictionis ⌈reuertantur⌉ in vinculo prædicto deſcri ptę:Quæ quidem ad ea tãtum bona accõmodari poteſt,quæ per donationem pręcedẽtem à dicta Donna Francina donatrice in dictum Don Franciſcum de Perellos donata rium tranſlata fuiſſe,& transferri potuiſſe cõſtiterit: ita vt ex eo inferatur ea tantum bona in eo vinculo comprehẽdi, quæ tunc in vim illius donationis dominium donatricis egreſſa,& dicto donatario acquiſita fuerunt:hæc enim eſt vis,& ſignificatio verbi illius ⌈reuertantur⌉ vt per illum tex. ſcribit Bar.in.l.vt quiſq;.C.de omni agro deſer. li.xj. & Socin.in.l.j.ad fin. & ibi Deci. col.iij.ver. Quantum vero. C. de pactis. & Rabi Moyſes AEgipti.li.j.Perplexo.cap.23.allegans illud Oſeę cap.5.Ibo,& reuertar in locum meum. Cui ſimile legitur Ezechie.cap.1.Animalia ibant,& reuertebantur.& Prouerbio.cap.3. Vade,& reuertere.& Matthæi.cap.12.Reuertar in domũ,vnde exiui.c.reuertar.de pœniten.diſtinc.4.& M.Cicero Philippica.9.poſt princi.Seruius (inquit) Sulpitius cũ aliqua perueniendi ad Mar. Antonium ſpe profectus eſt, nulla reuertendi. per quæ & alia multa intentum probat Tiraquel.in.l.ſi vnq̃. in verbo. libertis. nu.95.C.de reuo.donatio.Quibus tamen additur tex.expreſſus.in auten.quomo.opor. epiſco.§.nõ autem aliter.in fi.ibi velociter reuertãtur,vnde profecti ſunt.& in.l.ſi qua mulier.ver.ſin autẽ vni uerſe.C.ad.s.c.Tertullia.c.1.diſtinc.5.c.quicunq; dignitatem.50. diſtinctio.c.Monachũ. 20.q.1.auten.de nõ alienan. aut permu.§.ſi quis autem voluerit.autẽ. vt neq; miles,neq; fœderatus.ver.nemo igitur.&.l.ſi totas.C.de ino.donatio. & Geneſis cap.8.in tribus locis,videlicet ibi dimiſit coruum,qui egrediebatur,& nõ reuertebatur: & ibi emiſit quoq; columbam,quæ cum nõ inueniſſet,vbi requieſceret pes eius reuerſa eſt ad eum in arcam:& ibi emiſit columbam,quæ nõ eſt reuerſa vltra ad eum.Quod operatur præpoſitio illa ⌈re⌉ verbo antepoſita quemadmodum etiam in ſimilibus verbis ſcilicet redeo, reduco,repeto,reddo,reſtituo,& plęriſq; alijs docuit Tiraquellus vbi ſupra citauimus. Et generaliter Bal.conſ.495.Ex nullo capite. nu.3.li.j.poſtq̃ conſtituit differẽtiam inter vendere & reuendere,dare & reddere,ſubdit:Nam verba replicatiua ſignificant plures actus,non vnum actum.l.ab emptione.in fi.de pactis. 204

Nec obſtat † ſi quis forſan opponeret,ſignificationem illius verbi reuertantur etiam quo ad dictum Vicecomitatum verificari poſſe,reſpectu tranſlationis antea licet ex interuallo ex vi dictæ arbitralis ſententiæ à dicta Donna Francina donatricæ in dictum Don Franciſcum filium de eo Vicecomitatu factæ. Non enim hoc patiuntur verba illa præſentis temporis ⌈quæ vobis damus⌉ per quæ determinatur ſequens verbum reuertantur, vt ſalua ratione recti ſermonis nequeat ad remotiores & præteritos actus referri,iuxta notata per Bar.& alios. in.l.talis ſcriptura. de lega.1.cum vulgatis. Et aliâs 205

verba ad actum ſuper quo proferuntur reſtringẽda eſſe expoſuit Aymon. conſ.16. poſt redditum.nu.5.ver.pro hoc facit.li.j.ex.§.quod autem.inſti.de legiti.agna.tutel. Et verba contractus ad tempus ipſius cõtractus referenda eſſe docet tex.& ibi Bar.in.l.rutilia polla.de contra.emptio.& Soci.conſ.6.Prædicta cõſultatio.nu.2.li.j.per quem etiã tex. generaliter reſpõdit Bal.conſ.112. De generali.nu.3.li.ij. ſemper in cõtractibus & ſimili bus relationem verborum ad præſens tempus eſſe faciẽdam: exemploq; ſpecialiter declarat in pronominibus poſſeſsiuis meum,tuum,ſuum,& ſimilibus quorum ſignificatio non præterita nec futura, ſed præſentia tantum comprehendit: Ad quod vltra eſt tex. in.l.ſi ita.& ibi Bar.de auro & argen.lega.idem Bal.conſ.488.Caſus talis.nu.2.li.iij.Corne.conſ.232.Quanq̃ in hac.nu.6.li.iij.& Paul.Pariſ.nullum prædictorũ memorans conſ. 55.Quoniam Iacobus.nu.34.li.iij.

206 Quinto † confirmatur,Quoniam certi iuris eſt, q̃ dicta Donna Francina poſt ius dicti Vicecomitatus dicto Don Franciſco de Perellos iam antea (vt dictum eſt) perfecte quæſitum nõ poterat de iure in eo grauamen aliquod vel cõditionem ex interuallo im ponere.l.perfecta donatio vbi glo.Bar.Bal.Sali.& alij.C. de dona. quæ ſub modo.l.ij.C. de reuo.dona.l.iij.de vſufruc.l.j.cõmu.prędio.l.ij.ſi ſerui.vendice.Dida. Couarru.variarum reſolu.l.j.cap.14.in princi.Paul.Pariſ.conſ.63.murus iſte.nu.16.li.j.& conſ.33.vt præſens.nu.73.ver,tertia oritur.li.iij.& Hiero.Grat.conſ.7.in hac.nu.42.li.2.Cæterum quẽadmodum grauamen & onus intelligi, & interpretari debet illi iniũctum, qui in omnẽ caſum grauari de iure potuit,iuxta nota.in.l.iam hoc iure.de vulga.& pupil.in.l.q̃uis.C. de impube.per Alex.& Moder.in.l.ſi teſtamento.C.de teſta.mili.& in.l. Gallus.§.j.de li be.& poſt.quorum auctoritate firmat Paul.Pariſ.conſ.18.cõſideratis.nu.55.lib.ij.& vltra ex.l.ſi ſeruus.§.qui Margaritam.de lega.1.&.l.ſi.C. ad Trebellia. tradidit Franciſ. Areti. conſ.156. Diligẽter viſis. col.2.ver.& q̃ iſta interpretatio.& Caro.Rui.conſ.128. Primo de viribus.nu.10.li.j. ita etiam pariformiter grauamen ſimpliciter iniũctum ad ea tantũ bona referri debet,& ea ſolummodo comprehẽdere, in quibus de iure per diſponẽtem imponi poterat: vt ex.l.Lucius.§.pater.ad.s.c. Trebel.l.vni.§. ſed vt manifeſtetur.C. de cadu.Tollen.l.ab omnibus.de legat.1.&.l.ſi pluribus. de lega.2. notauit Iaſ.in.l.ſi quis in fundi vocabulo.§.ſi quis hæredes.de lega.1.& nõ obſcure Pet.de Ancha.conſ.137. Principaliter.nu.3.& Alex.conſ.24.Attentis.nu.5.li.iij.expreſsius Paul.de Caſt.conſ.43.ſub ſtitutio prædicta.nu.2.ver.de tertia vero parte.li.ij.ex eo inferens, q̃ in fideicõmiſſo vni uerſali legitima non comprehẽditur, quoniam in ea grauamẽ imponere teſtator de iure nõ poterat.l.quoniam in prioribus.C.de ino.teſta.&.l.cohæredi.§.cum filiæ. de vulga.& pupi.ſubſ. Quod ipſum eadem ratione reſpondit Roma. conſ.185. Pro deciſione. nu.2.& conſ.239.in re hac.in princi.Alex.conſ.68.circa præmiſſa. nu.2.ver. verum quia. li.iiij.Validũ enim eſt argumẽtum de perſonis ad res.l.qui fures. & ibi Alberi. de ſtatuli. l.ſi quis inquilinos.§.ſi ita legatum.de lega.1.l.qui plures.de vulga.& pupil.l.miles ita hæredem,de mili.teſta.& Pau.de Caſt.conſ.32.Circa primum.nu.2.ver.pro hoc etiam.li.ij. Quinimo nulla diſpoſitio ſimpliciter, indefinite,vel generaliter concepta vltra diſponẽtis poteſtatem porrigitur.l.quanq̃.de ritu nuptia.l.ſi pater.de his quæ in frau. credi.l. Lucius.§.penul.ad munici.c.à nobis.j.de ſenten.excõ.glo.in.l.1.in prin.in ver. nõ aliter. de ſen.excõ.Aymon.conſ.132.homines.nu.21.& Deci.conſ.218. in caſu.nu.3.vt in ſtatutis notat Bar,in.l.ſi quis ſub conditione.de condi.inſti. Bal.in.l.ſi.§.in computatione.C. de iure deli.Anto.de But.in.c.tua.el.j.de decimis.Lapus.Allegatio.30.Caro.Rui.con.4. proponitur in themate.nu.3.& ſequen.li.v. Et generaliter in cõtractibus,legibus, ſtatutis,priuilegijs,& ſimilibus probat Andrę.Sicul.conſ.7.clemẽtiſsimi Dei.in prin.li.j. Voluntas enim cuiuſlibet talis ſemper eſſe præſumitur, qualis eſſe debet vt firmat Vincen. de Pallio,conſ.54.viſo puncto.nu.22. inter cõſilia Alexan.li.iiij. Et quilibet velle exiſtimatur,vt diſpoſitio ſua ſecũdum iuris regulas,& intellectus moderetur, & interpretetur.Bar.in.l.iuſiurandi.§.ſi liberi.de oper.liber.& in.l.hæredes mei.§.cum ita,& ſequuntur ibi docto,ad.s.c.Trebellian.cũ allegatis per Corne.conſ.166.Quatuor.nu.33.lib.ij.& conſ.138.viſo puncto.nu.2.li.iij. nõ autem q̃ ad ſibi prohibita,& illicita protrahatur.l.iij. §.ſi is pro quo.quod quis. iur.l.ſi procurator. de condic. inde.l.pater. de his quæ in frau. credi.&

credi.& Aymon.conſ.25.dubia.nu.19.parte.1.

Sexto † grauamen,& onus impoſitũ regulari,atq; reſtringi debet ab honore & emo- 207
lumento tanq̃ à ſua cauſa præcedẽte.arg.l.cum pater.§.dulciſsimis. de lega.2.notat Bar. in.l.filio.§.matri.de adimen.legat.& Caro.Rui.conſ.75. circa primum.nu.9.li.ij. Et ſubſtitutio intellectum,atq; interpretationem accipit ſecũdum inſtitutionem ipſam prẽcedentem,& iuxta illam regulatur.l.cohẽredi.§.qui diſcretas.&.l.ſi plures.de vulga.& pupilla.l.1.C.de impuberum.Bar.in.l.ſi.ad.s.c.Trebellian.& Alex.conſ.24.Attentis.nu.4. in ſi.li.iij.Et Corne.conſ.289.videtur in hac.nu.19.li.j.vbi notabiliter ſcripſit,q̃ in cõtractibus oneroſis correſpectiuatio oneris ad commodum demonſtrat veram interpretationem ipſius cõtractus.Non ergo vinculum prædictum,& grauamẽ ad Vicecomitatũ de Roda referri debet,cum nec donatio reſpectu ipſius quicq̃ vtilitatis vel emolumẽti afferret donatario iam illius domino,& poſſeſſore exiſtenti,vt ſæpe dictum fuit.

Septimo † ea ſemper in dubio interpretatio ſequenda eſt,per quam honoratus magis 208
ab onere & grauamine releuetur, & quanto minus fieri poſsit grauatus exiſtimetur.l. apud Iulianum.§.Seyo.&.l. ſi ſeruus. §. qui Margaritã. de legat.1.l.vnum ex familia.§.ſi res.&.l.Titia.§.qui in vita.de lega.2.Iaſ.in.l.ſerui electione.§. cum fundus.nu.1. &.19. & in.l.ſi ita ſcriptum.nu.18.&.33.&.35.ver.ſecũdo.& in.l.ſi quis à filio.§.ſi quis plures. nu.7. & in.l.ſi res obligata.nu.5.& in.l.ſi domus.§.ſi fundus.nu.10.de legat.1.Soci.conſ.114.Su praſcripti.nu.8.li.j.cum vulgat.Adeo q̃ prius relictum caſſum,& inutile iura decernant, ſi quidem aliqua interpretatione id fieri poteſt, q̃ illud in onus & grauamen alterius inducere, vel cõſeruare ſtudeãt.l. Męuius.in prin.de lega.2.Iaſ.in.l.quod in rerum.§.1.in.1. notabi.de legat.1.Paul.de Caſt.conſ.121.viſa quadam. col.3. circa medi. lib.j.& Aymon. conſ.149.Petrus.nu.15.parte.1.Omne enim grauamen odioſum eſt,& perinde ſtrictiſsime interpretandum,ad notata in.l.cum quidam.de libe.& Poſthu.& in.c.odia.de regu. iur.in.vj.cum vulgat.

Octauo † diligenter cõſiderari debet procœmium,& præfatio huiuſce donationis,de 209
qua tractatur, quoniam per hanc viam intẽtio & voluntas diſponentis facile deprehenditur.l.ſi.de hęre.inſti.l.j.de origi.iur.Pau.de Caſt.conſ.462.col.ſi.ver.tertio.li.j.Fulgoſi. conſ.124.col.3.Ancha.conſ.37.nu.2.Roma.conſ.54.nu.2.& conſ.91.nu.9.& late Andrę. Sicul. cõſ.20.col.1.li.ij.Et imprimis in dicto procœmio inferitur donatio prima de dicto Vicecomitatu facta per Don Franciſcum de Fenollet dictæ Donnæ Francinæ in capitulis matrimonij inter eam,& Don Petrum de Torrellas contracti,cum conditione,q̃ teneretur de eo Vicecomitatu hæreditare filium maſculum primogenitum,qui aſſume ret nomen & arma de Perellos,vel eo recuſante,ſecundo genitum: vt latius ibi cõtinetur,& in primo principali dubio declaratum fuit.In qua cõditione certum eſt,q̃ nõ fuit data facultas,nec cõceſſa licentia dictæ Donnæ Francinæ vinculandi,vel onus aliquod ſeu grauamẽ imponendi in hęreditamẽto per eam dictis filijs maſculis de dicto Vicecomitatu faciẽdo.Rurſus in eodem procœmio commemorat dicta Donna Francina donatrix ſe obligatam eſſe,& teneri ex cauſa præmiſſe cõditionis de eo Vicecomitatu dictũ Don Franciſcum de Perellos eius filium ſecũdogenitum,& ſuos,& quos ipſe voluerit perpetuo hæreditare,propter recuſationem & repudiationem filij primogeniti. Quibus etiam verbis ſe ad hæreditamẽtum illud libere,pure, ac ſine retentione faciendum aſtrictam,obligatamq; eſſe fatetur:vti etiam in eiuſdem hæreditamẽti contextu declarauit ibi ⌈damus donatione pura ſimplici & irreuocabili,quæ dicitur inter viuos,vobis eidem filio noſtro prẽſenti & acceptanti, & veſtris, & quibus volueritis perpetuo dictum noſtrum Vicecomitatum &c.⌉ Quamobrem ne vinculãdo poſtea his quæ in præfationibus prẽſupoſuerat cõtrariari,atq; ſe ipſam in cõtinenti & in eadem ſcriptura corrigere voluiſſe videatur, neceſſario fatendum eſt,vinculum indefinite,& vniuerſaliter ſubiectum nõ ad donationem,quatenus de dicto Vicecomitatu ex neceſſaria cauſa facta fuerat,ſed ſolummodo quatenus ex mera liberalitate,reſpectu videlicet aliorum bonorum proceſſerat,eſſe referẽdum: quemadmodum in ſimili caſu reſpõdit Pet. de Ancha.conſ.180.viſa diligẽter narratione.nu.5.ver.ſed his.amplius in ſumma cõcludens,q̃ quãdo diſponẽs in præfationibus præmiſit ſe ex vi alicuius actus pure ad certe rei præ-

ſtationem eſſe obligatum,ſi quidem poſtea in diſpoſitione rem illam tradat cum retentionibus & grauaminibus,implicatur ex eo repugnãtia, & contradictio quædam potẽs ad deſtruẽdam diſpoſitionem. Et ob eam cauſam ſemper ea interpretatio capienda eſt, per quam talis cõtradictio & inſtantanea correctio euitatur iuxta tex.nota.in.c.inter dilectos.§.cæterum.de fide inſtru.in.l.nõ ad ea.cum glo.de cõdi.& demonſ.in prima conſtitu.C.§.quibus.Cin.in.l.in exercẽdis. in.ij.q.C.de fide inſtru. & in.l.cũ falſa. & ibi Bal. in fi.C.de iuris & facti igno.Bar.in.l.fi.§.idem quæſijt.de condic.indebi.& in.l.j.§. & par ui. quod vi aut clam. & in.l.ſcripturę.C.de fide inſtrumen. Bal. Alex.& Moder. in.l.j.in prin.ne quis eũ qui in ius voca.eſt vi exi.Pet.de Ancha.conſ.379.Ioannes.nu.1.vbi Quia nõ eſt (inquit) veriſimile,ꝙ corrigãtur ea,quę de proximo dicta ſunt. Alex.conſ.23.cõſideratis.nu.5.& conſ.25.nu.16.lib.vj.Corne.conſ.196.in hac.nu.16.lib.j.Soci.conſ.159.in præſenti.nu.19.li.ij.dicẽs ꝙ verba inſtrumẽti & ſcripturę debent ita intelligi,vt nõ contineant in ſe perplexitatem quãdam vel repugnantiam.& conſ.27.viſis inſtrumẽtis. nu. 16.li.iiij.Addens prius errorem eſſe præſumẽdum, q̃ voluntatem & animum ſeipſum in continenti corrigendi.& Caro.Rui.conſ.134. Quantum.nu.3.& nu.5.col.4. in fi.lib.iiij. & conſ.165.arbitror.nu.9.li.v.cum plæriſq; ſimili.

210 Quibus † cõcors eſt,& optime ad propoſitum accommodata ſentẽtia Ludo. Roma. conſ.112.viſa præmiſſa.nu.3.vbi in huiuſmodi ſpecie Teſtator legauerat cuidã Francinę quoddam creditum montis, ita ꝙ de eo poſſet facere totaliter velle ſuum:ac etiam alia eiuſdem montis credita diuerſis perſonis reliquerat, & poſt omnia legata generaliter diſpoſuerat,ꝙ poſt vitam dictorum legatariorũ, & cuiuſlibet eorum dicta credita peruenirent ad quoddam hoſpitale de Florentia:dubitabatur vtrum in eo vinculo & fidei commiſſo comprehẽderetur credictum dictæ Francinæ legatum: Et reſpondit Roma. ibi nu.3.his verbis:Quotienſcunq; aliqua ratio ſuadet,ꝙ clauſula in fine poſita ad quędã ex præcedẽtibus referri nõ debeat,tunc nunq̃ ad illa in quibus ratio oppoſitum ſuadet, referenda eſt:iſtam doctrinã tradidit Imperator in.l.1.C.de libe.pręteri.ſed in caſu propoſito (inquit) ratio,quæ infra demomſtrabitur,ſuadet,ꝙ fideicommiſſi clauſula ad dictam dominam Franciſcam nõ referatur,igitur &c.Prima autẽ ratio hoc ſuadens (ſubdit idem Roma.) eſt illa,ꝙ ſi quãdo clauſula in fine poſita referretur ad quędam,diſpoſitio in illis ad quæ referretur,efficeretur inutilis, tunc nunq̃ relatio facienda eſt: Sed in propoſito caſu ſi relatio particulę denotãtis fideicõmiſſum fieret,ad legatum dominæ Franciſcæ,teſtatoris diſpoſitio inutilis redderetur,in quãtum voluit dictam Frãciſcam de dicto legato poſſe facere totaliter velle ſuum,cum tunc nõ poſſet in præiudicium fideicommiſſarij alienare,auten.res quæ.C.commu.de legat.Item extat ſecũda ratio ſuadens dictam relationem fieri non debere,ſcilicet quia ſi illa fieret,reſultaret abſurdum, ꝙ ipſe teſtator incontinẽti ſe correxiſſet,quod non eſt dicẽdum. Quòd autem ſe correxiſſet paret,quia cum primo dederit ipſe poteſtatem totaliter faciẽdi velle ſuũ de dicto legato dictæ Franciſcæ,nũc ſi ſubſtitutionẽ fideicõmiſſariam in dicto legato faceret,reuocaret dictam poteſtatẽ,ex quo tacite prohiberet alienationẽ &c.hactenus Roman.

211 Cuius ſentẽtiam † amplius cõfirmant notata per Dd. commu.in.l. ſi idem cũ eodem. §.fi.de iuris. omni.iudi. & in.d.l.talis ſcriptura. de lega.1.quorũ auctoritate ſcripſit Bal. conſ.357.clauſula.li.iiij. clauſulam abſolute poſitam non referri ad omnia præcedentia, quotiens ex ea relatione implicaretur cõtradictio. Et Alex.conſ.48. ſuper extractione. nu.5.& nu.11.ver.& hoc modo.lib.j.notauit,ꝙ licet regulariter qualitas in vna oratione copulata ſit referenda ad omnia in ea oratione contenta,ex doctrina Bar.in.l.doli clauſula.de ſeruo corrupto. id tamen verum non eſt, quando ex tali relatione reſultaret repugnantia, ſiue contrarietas: quo caſu qualitas ad ea reſtringi debet, quæ contrarietatem vel repugnantiam non inducunt: quod conſilium eſt errore duplicatum. li.ij.conſ. 214.cum concordan.per eum Allegatis.

212 Nono † ſi quidem vinculum de quo tractatur,donationem prædictam reſpectu dicti Vicecomitatus comprehenderet,fieret nouatio præcedẽtis arbitralis ſentẽtiæ,ſeu trãſactionis,in qua Vicecomitatus ipſe libere,& abſque aliquo fideicommiſſo, ſeu vinculo dicto Don Franciſco de Perellos fuerat adiudicatus,eiuſdemq; tranſactionis & adiudi-

cationis

cationis correctio,& derogatio ſequeretur.Cæterum nouatio præcedentis contractus non facile inducẽda eſt,niſi id expreſſe actũ fuiſſe inter partes appareat,vt nouatio fieret.l.fi.C.de nouatio.Inſuper per reſeruationem ſubſequẽtem cenſeri nõ debet deroga tum prioribus pactionibus,niſi ita expreſſum fuerit,& alia interpretatio nequeat reperiri,quẽadmodum in ſpecie reſpondit Aymon.conſ.70.nu.17.parte.1.Et vltra facit text. in.l.fi.de reſcin.vendi.per quem dicit ibi Franciſ.de Alber.de Aretio.q̃ pacta vnius cõtractus debent ſic intelligi,vt ceſſet omnis abſonus intellectus, & vnum non remoueat aliud.ſequitur Soci.conſ.159.in præſenti.nu.29.li.ij. Quemadmodum per legem nouam nunq̃ antiquioribus derogatum cenſetur,niſi quatenus ſpecialiter in ea cautum reperitur.l.ſancimus.C.de teſtamẽ.l.preçipimus.in fi.C.de appellatio. Pet.de Ancha.cõſ.241. ex tenore.ad fin.& Alex.conſ.25.Attentis.nu.14.li.v.cum vulgat. Ac etiã in vltimis voluntatibus docet text.in.l.alũnç.§.qui filias.de adimen.legat.Et in ſumma eam ſemper iuri gratiſsimam eſſe interpretationem,per quam diuerſa ad cõcordiam reducũtur ſcripſit Pet.de Ancha.conſ.214.Franciſcus.ad fin.nu.22. Adeo q̃ talis interpretatio,etiam cũ verborum improprietate,vel ſubauditione,prius q̃ correctio admittatur glo.in.c.cupiẽtes.§.q̃ ſi per viginti.de electio.in.6.Bar.& Docto.in.l.2.§.creditum.ſi cert.peta. & Collegi.Bononien.conſ.50.præſens cõſultatio.nu.23.inter conſilia Curtij Senioris.

Præſertim † quotiens præcedens actus ſpecialis eſt,ſequens vero generalis,vel indefinitus: nunq̃ enim tunc ſpeciali per generalem derogatur, ſed magis generalis ipſe per ſpecialem diſtinguitur,reſtringitur, ac limitatur.l.ſtipulationes.cõmodiſsimum. de verbo.obli.l.doli clauſula.vbi cõcordantes in glo.eo. titu.l.in toto.de regu.iur. &.c. generi. eo.titu.in.6.Angel.conſ.160.Dominica Catherina.nu.2.in primo dubio.& Rapha. Fulgo.conſ.215.In primo.circa prin.qui id indiſtincte tam in contractibus,q̃ vltimis voluntatibus,legibus, ſtatutis, & reſcriptis procedere affirmarunt,vt etiam ſigillatim in vnoquoq; proſequitur late Deci.in.d.l.in toto.de regul.iur. 213

Vnde † ex doctrina Bar.in extraua.Ad reprimẽdum.in verbo.non obſtãtibus.& in.l. omnes populi.in.3.quæſt.princi.de iuſti.& iur.& in.l.ſciẽdum.in princi.qui ſatis.cogan. infert Franciſ.Areti.conſ.143.viſa cõſultatione. col.2.ver. Sed tamen his non obſtantibus.q̃ ſtatutum ſpeciale intelligi,& ſaluari debet in caſu,quo loquitur, nõ obſtante poſteriori cõtrarium generaliter ſtatuente,etiam cum clauſula derogatoria non obſtanti bus quibuſcunq; legibus &c.Quemadmodum etiam ante eum notauit Roma.conſ.40. viſis ac diſcuſsis.nu.5.dicens hanc eſſe regulam,q̃ quãdo duę leges diuerſis licet tempoporibus ſancitę,poſſunt aliqua diſtinctione mediãte adinuicem concordari,id ſtudioſe agendum eſt, vt vna ſecundum alteram intelligatur, & vtriuſq; correctio euitetur.arg. tex.in.l.nam & poſteriores.de legibus.in.l.j.C.de inoffi.doti.in.l.ſciendũ.qui ſatis.cogã. iuncta auten.offeratur.C.de litis conteſ.glo.in.§. ſed hodie. inſti. de ſatiſda. in auten.de exhiben.reis.§.ſuſcepto.& in auten.de hęre.ab inteſ.veni.circa princi.in ver.euacuatus. idem Roma.conſ.57.in cauſa vertente.nu.1.& conſ.322. in caſu. nu.2.vbi concordantes. & conſ.399.vt præſens.nu.10.Fulgoſi.conſ.136.In cauſa.col.ij.circa medi.Abb.conſ.51.videtur primo.nu.4.ver.Quinto.li.j.Alex.conſ.80.viſo & oportune.nu.8.ver. hoc decidi tur.li.j.late Corne.conſ.135.licet videatur.poſt princi.& conſ.172. In hac.nu.1.ver. tamẽ his.& nu.5.li.iiij.Nam vt inquit Pau.de Caſt.conſ.21. Primum dubium.col.3. ante medi. lib.j.per clauſulam derogatoriam ſubſequentem non cenſetur derogatum his,quæ non ſunt omnino contraria,ſed poſſunt cum aliqua diſtinctione concordari. 214

Rurſus † q̃is iuxta regulam iuris vulgatam, clauſula indefinite ſeu vniuerſaliter in fine poſita debeat ad omnia anteriora referri, eaq; pariformiter determinare: fallit tamẽ quãdo ex tali relatione actus inutilis,nullus,ſeu fruſtratorius redderetur.l.cum vulgari. vbi glo.& Bar.de dote prælegat.l.ſi quis à filio. in prin. & ibi glo. &.l.ſeruo alieno.§. ab impubere.de legat.1.Bar.& docto.in.d.l.talis ſcriptura.Iaſ.in.l.ſi creditori. nu.9.eo. titu. idem Iaſ.in.l.quotiẽs in ſtipulationibus.nu.1.& in.l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus.nu.34. & ſequen.& in.l.Titia.§.j.ad fin.nu.6.de verb.obli.Deci.poſt alios per eum relatos.in.c. ſecũdo requiris.col.ij.de appellatio.Cardina.conſ.68.in quæſtione. nu.4. & notabiliter in propoſito Roma.conſ.94.viſis his quæ narrantur.nume.5.ver. ſecundo principaliter. 215

& ſequẽ.&.d.conſ.112.nume.3.

216 Decimo † cum donatio iſta ſiue hæreditamẽtum de quo tractatur reſpectu dicti Vicecomitatus iam ex actibus præcedẽtibus in eiuſdem procœmio enarratis præfinitos haberet limites atq; fines,ſtatutas conditiones,& propriam ſpecialemq; determinationẽ, ſuccedit diſpoſitio tex.in.c.dilecti.de donationi.vbi vniuerſalis clauſula oneroſa præcedẽtibus donationibus ſubrogata, referenda nõ eſt ad eam donationem, quæ erat magis libera,& ſuam atq; ſpecialem determinationem iam habebat. Notãt ibi Cardina. Abb. Imol.& alij communiter generalius inferẽtes, ℣ clauſula generaliter ſuppoſita non refertur ad eam partem diſpoſitionis,quæ propriam ex præcedẽtibus habebat determinationem.l.j.§.deinde.de poſtulan.Specul.in titu.de inſtru.editio.§.nunc autẽ videndum. ver.item excipe.Bar.& Dd.in.d.l.talis ſcriptura. Bal. & Moder.in.d.c.ſecundo requiris. & in.c.inquiſitioni.de appellatio.Imol.& Alex.in.l.cohæredi.§.qui patrem de vulga.& pupilla.eſt celebris doctrina Bal.in.l.j.C.de legi.hære. quam nũcupatim ſequitur Alex. conſ.48.ſuper extractione.nu.7.& ſequen.li.j.& dicit auream Curti.Senior conſ.63. Antiquiſsima.nu.11.col.xj.in prin.ver.ſecundo & melius reſpondemus.Cardina.conſ.68.in quæſtione præmiſſa.nu.3.Roma.conſ.152.Præſens.nu.3.ver.nec ſecũdo loco.Abb.conſ. 20.videtur primo.nu.3.ver.ſecundo principaliter.li.ij.& Deci. qui tamẽ de prædictis nõ meminit cõſ.14.Et pro tenui facultate. nu.5.col.iij.in prin.ver.& ad hoc bene facit.cum ſimili.Quibus accedit notabilis in ſpecie deciſio Angel.cõſ.249. Philippus ciuis de Florentia.nu.2.col.j.in fi.vbi nulla (inquit) diſpoſitio etiam ad præterita ſe reducens aut vires ſuas extẽdens,porrigitur ad præterita iam deciſa ſentẽtia arbitrali,aut amicabili cõpoſitione tranſacta ſeu finita.l.tranſactio.cum.l.ſequẽ.de verbo.ſigni.l.penul.& fina.C. de ſacrõ.eccle.Cin.in.l.leges & cõſtitutiones.C.de legi. & ita tenuit diſputãdo Iaco. de Beluis.in auten.vt cum de appella.cogno.in prin.col.8.℣ ſi ita eſt in diſpoſitione legali, vt nulla verba quantumcũq; prægnantia,generalia,& derogatoria extẽdantur ad præterita iam deciſa,multo fortius hoc dicẽdum eſt in diſpoſitione cõuentionali, quæ minoris auctoritatis & potẽtię eſt,licet quãdoq; procedant à pari vt in rubri.C.de decret. decurio.li.x.l.legem.C.de pactis.l.j.§. ſi conuenerit. depoſiti.l.Cæſar. de publica.& l.legem.C.de pactis conuen.hæc ibi Angel.

217 Vndecimo † hæc eſt natura reſeruationis,vt iura reſeruãtis in eum caſum conſeruentur illæſa,& ſalua remaneant,in quem reſeruatio ipſa collata fuit: nõ autem vt per eam ius aliquod vel lucrũ de nouo acquiratur.l.ſi debitor.§.qui in venditione.quibus modis pignus vel hypo.ſolua.l.ſi.§.item ſi prędixit.nautę caupo.ſtabu.l.penul.de aqua quoti.& eſti.l.litibus.§.huiuſmodi.C.de agri.& cenſi.li.xj.l.ſi pater exhæredato.de bonis liber.c. nihil prodeſt.de præſcrip.&.c.pontifices.6.q.1.& ideo cõmuni concluſione receptũ eſt, reſeruationem operari nõ debere iuris de nouo acquiſitionem.l.ſi quis legauerit. & ibi Iaſ.de legat.1.Angel.in.l.ſcripturas.C.qui potio.in pigno.habe.& in.l.omnes.C. de præſcrip.30.anno.& in.l.ſi.C.de tempo.appella.Bartho.Cepola.cauſarum ciuilium conſ.25. Ex quæſtione.col.penul.ad fin.nu.21.Socin.conſ.287. circa præſentem. nu.2.li.ij.vbi ſolent (inquit) iſtę reſeruationes tãtum ius,quod quis habet,cõſeruare.l.elegãter.in prin. cum ibi nota.per glo.de pigno.actio.& Bar.in.l.ſi.eo.titu.nõ autem earũ virtute aliquid quæritur.& Deci.conſ.516.Quoniam cauſa.nu.18.in fi.& ſequen. Aymon.conſ.29. Pro clariori.nu.8.& conſ.33.nobiles domicellę.nu.17.& nu.20.ver.ſexto decidi,vbi notabiliter loquitur in propoſito,& conſ.127.In cõtractu matrimonij.nu.7.& conſ.144.Magnificus.nu.15. vinculum igitur prædictum ſiue reſeruatio in dicta donatione appoſita, ℣ moriente Don Franciſco de Perellos donatario abſq; liberis bona donata ad Donnam Francinam donatricem reuerterẽtur, tãtummodo operari debet,quoad iura,quæ tunc temporis dictæ donatrici in bonis donatis competebant,nõ autem iuris de nouo acquiſitionem inducere,vt in ſpecie decidit Aymon.conſ.70.in contractu.nu.6.& ſequen.& cõfirmatur ex iuris vulgata regula,qua abſurdum exiſtimatur,inducta ad vnũ effectum aliud diuerſum operari.tex.& ibi late Moder.in.l.legata inutiliter.de legat.1.cũ ſimil.

218 Duodecimo † cum donationem hanc pro obſeruãtia cõditionis dotationi, de qua in primo dubio in fauorem filiorum maſculorũ pure,& abſq; vinculo appoſitę,& ſentẽtię arbitralis

arbitralis atq; renuntiationis prædictę factam fuiſſe ex eius præfationibus liquido conſtet, ſi quidem vinculum ad eam donationem reſpectu dicti Vicecomitatus traheretur, ſequeretur abſurdum ſupra proxime cõſideratum, quod inducta ad vnum effectum ad cõfirmationem ſcilicet actuum prædictorum, eorum derogationem, & ita contrarium effectum operarẽtur. Quod adeo incõueniens iure exiſtimatur, vt relatio, quæ aliâs ad omnia præcedentia fieri deberet, coarctetur, & reſtringatur, vt ad ea non fiat, per quæ actus cõtrarium illius ad quod ordinatus eſſet operaretur. Roma.conſ.363.petitur à me. nu.2.Frãciſ.Areti.conſ.121.col.ij.ver.ſecũdo moueor.vt eos allegat,& ſequitur Aymon. d.conſ.70.nume.7.

Et tandem † licet prædicta dubiam ſolummodo vinculi prædicti interpretationẽ red 219
derent, adhuc tamen in dubio cõtra proferẽtem, & ita contra dictam donnam Francinam eſſet interpretatio facienda, vtpote quia in eius fuerit arbitrio apertius negotium atq; intẽtionem exponere.l.in contrahẽda.de regu.iur.c.contra eum.eo.titu. in.vj.l.veteribus.de pactis.Bal.conſ.413.verba dicunt.nu.2.ver.aut in cõtractibus.li.v.Pet.de Ancha.conſ.179.Prima facie.nu.7.& Alex.conſ.113.viſo inſtrumento.nu.5.li.ij. Prout etiam verba cõtractus vel diſpoſitionis cõtra illum ſunt interpretanda, qui intẽtionem ſuam fundat in ipſa diſpoſitione.l.ſtipulatio iſta.§.in ſtipulationibus. de verbo.obli.l.labeo. & l.ſi in emptione.in prin.de contra.emp.c.in præſentia.de renuntiatio.Alex.conſ.12.viſo themate.nu.9.& conſ.39.viſis ſcripturis.nu.6.li.ij.& vbiq; paſsim.Præſertim in donationibus, quæ cõtra concedentem ſeu donãtem, & pro donatario interpretari debent.l.ſi. vbi late Moder.de conſti.princi.l.ſi quãdo.C.de bonis vacan.li.x.c.cum dilectus.de donatio.&.c.olim.de verbo.ſigni.Alex.d.conſ.12. nu.11.li.ij.& conſ.8. videtur fortaſſe. nu. 6.lib.iiij.& late per Nico.Boeri.Parlamen.Burdegalenſis Deciſ.172.Dominus.nume.26. ver.præterea.parte.1.

Quamobrem † cum ex præmiſsis ſupra poſitę primæ cõcluſionis veritas liquido in- 220
feratur, dictum videlicet Vicecomitatum de Roda in prędicto vinculo donationi vniuerſaliter appoſito comprehẽſum non fuiſſe: certum cõſequenter redditur, acceptationem donationis cum vinculis,& cõditionibus per Don Franciſcum de Perellos donatarium ſucceſsiue factam, nihil amplius includere, q̃ in præcedenti relato,& acceptato vinculo cõtinebatur: vt probat Pau.Pariſ.conſ.43.in huiuſmodi.nu.39.li.iij. Quẽadmodum cõfirmatio ſuperioris in forma communi facta nihil noui iuris tribuit, neq; extendit cõfirmatum, ſed illud tãtum quale eſt approbat,& admittit.c. cum dilecta.&.c.fi. cũ glo.de cõfirma.vti.vel inu.c.quia diuerſitatem.de conce. præbẽ.c.cum inter.de re iudi. c.inter dilectos.de fide inſtru.&.c.quia intẽtionis. de priuile. Inno.in.c.dudum. nu.2.de deci.Specul.titu.de legato.§.nunc oſtẽdendum.ver.vndecimo. Bal.in.c.1.in prin. nu.2. per quos fiat inueſ.Paul.de Caſt.conſ.84. Quæſtio iſta.nu.2.ver. & quod dixi.li.ij. Abb. & Moder.in.c.1.de confir.vti.vel inu.idem Abb. conſ.62.illud nu.4.col.ij.ad fin.li.j. Pet. de Ancha.conſ.389.viſis diligenter.nu.6.& Andræ.Sicul.conſ.66. Sapienter. nu.7.inter conſilia Curtij Senio.cum ſimil.

Hæc enim † eſt natura cõfirmationis, vt corroboret confirmatum, nõ autem vt illud 221
extẽdat ad id, quod antea minime comprehẽdebat: Quemadmodum arg.tex.in.l.Aurelius.§.teſtamẽto.de libera.lega.notat Bal.in.l.aduerſus.in fi.C.ſi aduer. rem iudi. & in.l. nominationes.ad fin.C.de appellatio.dicẽs, q̃ cõfirmatio non extenditur vltra q̃ actus cõfirmabilis:& idem Bal.in.c.ex parte.in fi.de conſti.late Alex.conſ.122.viſo pũcto. nu. 17.ver.ſecũdo principaliter.& ſequen.li.4.Corne.conſ.9.Attentis.nu.5.li.iiij.Socin.cõſ. 159.in præſenti.nu.30.li.ij.Caro.Rui.conſ.20.Viſo priuilegio.nu.3.& conſ.60.Pręſuppoſito.nu.3.& conſ.158.Primo vidẽdum.nu.16.li.j.& alibi ſępe Lauren.Silua.cõſ.45.Pręter miſſo.nu.61.li.j.& Tho.Grãmati.Cõſilij Neapolita.Deciſ.103.Illuſtriſ.nu.160.in fine.

Secunda † principalis huiuſce dubij concluſio, licet ſtante ſuperiori ex abundan- 222
ti poſita videri poſsit, vtilis nihilominus eius cõfirmatio viſa fuit, partim vt nihil, quod ad rem pertineat iuxta inſtitutum intactum omittatur, partim etiã vt deciſa in fortioribus terminis præſenti dubitatione, clarior illius reſolutio habeatur. Nã licet dicta Donna Frãcina donatrix ſpecialiter,& expreſſe onus ſeu vinculum prędictũ

in Vicecomitatu de Roda impoſuiſſet (vti nõ impoſuit) tamen acceptatio donationis & vinculorum ſimpliciter, indefinite, ſeu generaliter per dictum Don Franciſcum donatarium in cõtinenti facta, ad vinculum reſpectu ipſius Vicecomitatus, cuius ipſe iam dominus & poſſeſſor erat, trahi nulla ratione poſſet.

223 Primo † quoniam vinculum prædictum etiam tunc reſpectu dicti Vicecomitatus attento ſolius donatricis cõſenſu, & voluntate nullius momẽti cenſendum foret, vt ſupra nu. 206. ex. l. perfecta donatio. & ſimili. probatum fuit: ergo acceptatio donationis cum vinculis ſucceſsiue facta nõ eſſet ad vinculum eo reſpectu, quo ex ſe nullum erat, ſed eo tãtum reſpectu qua validum erat, quo ad cætera videlicet bona vere donata referenda: argumẽto eius quod in cõfirmatione communi calculo receptum eſt, vt quotiẽs actum validum, & inualidum pariformiter reſpicit ad validum tãtum, non vero ad inualidum referatur: ex ſentẽtia Inno. in. c. dudum. de decimis. quem ibi ſequuntur Ioan. Andræ. & Anto. de But. addens illius dictũ alibi de facili nõ reperiri. Bal. in. c. 1. in prin. nu. 1. in ver. ſed iuſta. per illum tex. per quos fiat inuef. & in. l. bonorũ. nu. 2. C. qui admi. Pau. de Caſt. in. l. ſi quando. nu. 6. & ibi Ioan. de Imol. de lega. 1. Alex. in. l. quanq̃. nu. 2. C. de teſta. mili. cum ibi per eum citatis & per Iaſo. in. l. legata inutiliter. nu. 12. de legat. 1. Bal. conſ. 134. Copioſe. nu. 3. & conſ. 135. Articulus. nu. 8. li. iij. & conſ. 83. Præmittẽdum. nu. 3. li. v. Pet. de Ancha. conſ. 80. viſa diligẽter. nu. 8. Alex. conſ. 59. viſo inſtrumẽto. nu. 11. li. j. & conſ. 39. viſo ſtatuto. nu. 10. ver. Præterea. li. iiij. Caro. Rui. conſ. 158. Primo. nu. 16. li. j. & conſ. 103. Põderatis. nu. 10. & conſ. 127. Quãuis. nu. 6. li. iiij. vbi generalem confirmationẽ ſtatuti à Romano põtifice factam non referri ad illicitam, & inualidam ipſius ſtatuti partẽ, ſed tantum ad licitam & validam reſpondit, & idem Rui. conſ. 55. nõ eſt dubium. nu. 5. & conſ. 62. diſcuſſo. nu. 28. li. v. & Lauren. Silua. conſ. 1. Quoniam in præſenti. nu. 149. li. j. Et in ſimili notauit Oldra. conſ. 259. Impugnatur. col. iiij. ver. cõfirmatur. q̃ iuramẽtum præſtitum de ſeruãdis ſtatutis intelligendum eſt de ſtatutis validis, non autem de inualidis. & ſequitur Alberi. in. l. de quibus. ver. & ita fuit terminatum. de legibus Feli. in. c. ex tenore. nu. 11. vbi & alia allegat. de reſcrip. & Paul. Pariſ. conſ. 10. bonũ ius. nu. 25. & ſequẽ. li. 4.

224 Secundo † quemadmodum generalis improbatio ſeu impugnatio nõ trahitur ad ea, quæ ſunt ipſi impugnanti fauorabilia, ex nota. per Sali. in. l. cum pretium. C. de libe. cauſa. & Alex. in. l. etiam. §. licet in dotalibus. col. fi. ſolu. matri. ita vt contrariorum eadem ſit diſciplina, in generali acceptatione fideicommiſſorum & vinculorum non includitur vinculum, nec cogitatum cenſetur de fideicommiſſo, quod ipſi acceptanti damnoſum eſſet, quemadmodum in ſpecie tradidit Aymon. conſ. 33. nobiles domicillę. nu. 4. argumento tex. in. l. ſi peculium. §. ſicut autem. de pecul. legat. & in. l. ſi procurator. cum notatis ibi per Iaſo. nu. 4. de condic. indebi. Enimuero generalis quęcunq; diſpoſitio reſtringenda eſt, & ita coarctãda, ne quis indebite damnum patiatur, glo. in. l. ſi. §. in computatione. vbi Bar. & alij cõcordantes allegant. C. de iure deli. Angel. conſ. 6. lata eſt ſentẽtia. nu. 3. Pet. de Ancha. conſ. 270. In primo. nu. 3. Alex. conſ. 5. in cauſa & lite. nu. 6. ver. & ſtatutum. li. ij. & conſ. 142. viſo proceſſu. nu. 5. ver. item dictum ſtatutum. li. 5. & conſ. 5. conſideratis. nu. 5. li. vj. & Adeo q̃ prius permittendum ſit diſpoſitionẽ inutilem reddi, & inanem, atq; nullius effectus declarari, q̃ alicui indebite damnum ſeu detrimẽtum inferri: vt auctoritate glo. & Bar. notat Paul. de Caſt. in. d. §. in cõputatione. Imol. & Roma. in. l. iiij. §. prætor. de dam. infecto. Alex. d. conſ. 142. & Deci. conſ. 356. In cauſa. nu. 4. col. ij. ver. non obſtat, quòd ſtatutum.

225 Inſuper † generalis diſpoſitio interpretationem etiam recipit reſtrictiuã, ne quis ad lucrum indebite admittatur. l. Marcellus. in prin. vt ex ea notat ibi Iaſ. nu. 6. ad. s. c. Trebelli. Bar. in. l. nõ dubium. col. ij. C. de legi. & in. l. omnes populi. in. 2. q. 7. quęſtionis principa. de iuſti. & iur. & Alex. d. conſ. 5. nu. 5. lib. vj. cum ſimili. Et in ſumma illa in ambiguo eligenda eſt interpretatio, per quam nullus cõtrahentium damno afficitur. l. ſed etſi pupillus. §. ſed ſi plures. de inſtito. actio. l. 3. §. 1. de recep. arbi. l. 1. §. magiſtrũ. de exerci. actio. Pau. de Caſt. conſ. 205. Ego Paulus. in fi. li. j. & Aymon. conſ. 91. nobiles. nu. 11. li. j. & conſ. 245. Stephanus. nu. 9. li. ij. Et illud ſequẽdum eſt, per quod minus partibus pręiudicatur. l. iij. de ſuſpec. tuto. Abb. conſ. 7. Quæſitum fuit. ad fi. li. j. & Aymon. d. conſ. 33. nu. 24. lib. j.

Et illud

Et illud amplectendum, quod minus captionis in ſe habet, & per quod cũctorum læſio tollitur tanq̃ iuri gratiſsimum, vt probat Pet. de Ancha. conſ. 214. Franciſcus. ad fi. nu. 22. liberalitatem enim captioſam interpretatio prudentum fregit. l. cum aquiliana. de trãſactio. Bal. conſ. 186. Ad euidẽtiam. nu. 2. ver. item captioſam. lib. ij. Fulgoſi. conſ. 125. in fi. Alex. conſ. 46. viſis. nu. 7. li. j. & Curti. Senior conſ. 66. ante nu. 6.

Non igitur † indefinita acceptatio vinculorum ad vinculum etiam ſpecialiter dicto 226
Vicecomitatui impoſitum tanq̃ ipſi acceptanti valde damnoſum referenda eſſet, vt ita cunctorum læſio tollatur. Nam licet dictum Don Franciſcum de Perellos ius dicti Vicecomitatus antea lucratiuo titulo donationis obtinuiſſe quis vellet, nihilominus poſt perfectam donationẽ ex illius retractatione, vel noui grauaminis impoſitione lędi, atq; damnificari diceretur, Cin. in. l. fi ſponſe. alıâs. cum te ſponſe. ver. ſed circa. C. de dona. ante nupti. cum & is damnum pati cenſeatur, qui lucro iam ſemel radicato priuatur. l. liberto octuaginta. de bon. liber. l. nõ amplius. §. fi certum. vbi glo. in ver. legatarij. Bar. Bal. Angel. Imol. Alex. & Iaſ. nu. 6. de legat. 1. idem Bal. conſ. 182. locata. nu. 3. in fi. & nu. 5. lib. j. & conſ. 386. Proponitur. poſt medi. eo. li. j. & Alex. conſ. 203. Perſpectis. ad fin. nu. 17. li. vj. Quanto magis quoniã ius prædictum nõ lucratiuo, ſed magis oneroſo titulo illi acquiſitum fuiſſe alibi ſupra oſtendimus. Et è cõuerſo ex coarctatione, atq; reſtrictione vinculi prædicti, & acceptationis, vt dictum Vicecomitatũ non includat nullum detrimentũ prædictę Donnæ Francinæ tunc illa tum cõſiderari poterat, quæ nullum ius (vt ſępe dictum eſt) in eo Vicecomitatu habebat, nec in dictũ donatarium trãsferebat: Quinimo ex Vicecomitatus ipſius comprehẽſione ad lucrum ipſa indebite admitteretur. Cæterũ melius, & ſanctius iudicatur, aliquem nõ lucrari, q̃ ob eius lucrum alteri damnum atque læſionem inferri. l. at ſi quis. §. ſed ſi adita. de religio. & ſumpti. fune. Paul. de Caſt. conſ. 106. Circa ea quæ ſupra. ad fin. li. j. Et longe diuerſa habetur ratio illius, qui lucrum quærit, & eius qui damnum euitare cõtendit, cui amplius ſuccurri & ſubueniri, facilius ius illum cõſeruari, eiusq; conditio melior & potior iudicari debet. l. fi. in fi. C. de codicil. l. error. &. l. iuris ignorãtia. de iur. & fac. igno. Specul. titu. de in inte. reſti. §. ij. ver. ſed qualis. Imol. in. l. damni infecti. la. j. §. nõ ſolum. in fi. nu. 16. & in. l. fluminũ. §. item videamus. poſt princi. de dam. infec. & in. l. 1. §. ſicut autem. in. j. nota. de aqua plu. arcen. Pet. de Ancha. conſ. 172. in cauſis. nu. 6. & Corne. conſ. 26. hæc cõſultatio. nu. 20. li. ij. & dicit idẽ Corne. conſ. 22. in hac. nu. 40. li. ij. q̃ facilius impeditur lucrum, q̃ inferatur damnum.

Tertio † conuentiones, quæ in cõtinenti præſertim in eadem ſcriptura eiſdemq; teſti 227
bus cõcluſæ reperiũtur, cæteri debent inuicem reſpectiue. l. quæ onerandę. quarum rer. actio non det. l. fi ventri. §. fi. vbi glo. & Bar. de priuile. credi. idem Bar. in. l. penul. §. fi vir. ſolu. matri. & in. l. poſt cõtractum. col. iij. ver. Quinto præſumitur. de donatio. Cin. in. l. fi quis poſthac. quæſt. ij. & ibi Bal. & Angel. vterq; col. ij. C. de donis proſcrip. Pet. de Ancha. conſ. 134. ex narratis. nu. 3. ver. præterea aduertẽdum. Alex. cõſ. 43. de celerrima. nu. 2. ver. præterea dicit. li. j. & conſ. 25. viſo inſtrumẽto. nu. 9. ver. nec habet. & ſequen. lib. ij. Corne. conſ. 184. in præſenti. nu. 5. li. j. & alibi frequẽtiſsime allegans ad hoc vbiq; Bal. in repeti. l. petens. col. penul. C. de pactis. Soci. conſ. 273. In præſenti. nu. 4. lib. ij. vbi adducit cõſilia Bal. Paul. de Caſt. & Fulgo. ad probãdum, q̃ donatarius, qui poſt donationem ſibi factam ſe ad aliquid in cõtinenti obligauit, id feciſſe cenſetur ex cauſa, reſpectu, & cõtemplatione ipſius præcedẽtis donationis: & idem Socin. conſ. 156. pro fundamẽto. nu. 12. ver. ſed ad hoc. eo. li. ij. & conſ. 27. viſis. nu. 23. li. iiij. Deci. conſ. 245. In cauſa. nu. 5. & cõſ. 265. in inſtrumẽto. nu. 3. col. iij. ver. tertio aduertẽdum. Alber. Brun. conſ. 48. in cauſa. nu. 5. ver. nec obſtat. & Tho. Gramma. Deciſ. 103. Illuſtris. nu. 157. At vero quæ inuicem ſunt correſpectiua, nõ debent diuerſo iure cenſeri, ſed potius ita interpretari, vt poſito vno, poſitum & aliud, & vno ſublato, aliud etiam remotum exiſtimetur. l. etiam. §. ex cauſa. de mino. l. fi. de acceptila. l. clemẽs. §. j. de hære. inſti. l. filię. §. matri. & l. alumnæ. §. Seya. de admen. lega. l. cum emptor. de reſcin. ven. Bar. in. l. fi quis ſeruum. de condi. & demonſ. Alex. conſ. 111. viſo ſuperiore. nu. 2. col. ij. ad fin. ver. & attento. li. iij. Soci. conſ. 150. dominus. nu. 27. ver. ſed cõtra. li. j. &. d. conſ. 27. nu. 23. li. iiij. Iaſ. in. l. Lucius. nu. 18. ver. octauo fallit. de vulga. & pupil. & in. l. in teſtamẽto. col. penul. circa fin. C. de teſta. mili. cum cõcor.

Ergo prædicta donationis,& vinculorum acceptatio tanq̃ reſpectu, cõtemplatione,& ex cauſa donationis in eadem ſcriptura præcedẽtis facta,ſecũdum vires ipſius donationis regulari debet,vt eatenus vinculorũ acceptatio effectũ ſortiatur,quatenus ipſa præcedẽs donatio verificari poterat,quã certũ eſt ſubſequẽti acceptatiõi cauſam præbuiſſe.

228 Omnis † enim diſpoſitio quantũcunq; generalis,ſiue ſit legalis,ſiue teſtamẽtaria,ſiue inter viuos ſecũdum ſuam cauſam regulatur,& per ipſam reſtringitur, limitatur, & declaratur,l.adigere.§.q̃uis.de iure patrona.l.cãcellauerat.de his quæ in teſta. delen,l.habebat.de inſtito.actio.l.cum quæritur.&.l.& an eadẽ.&.l.ſi mater.§.ſi quis autẽ. de excep. rei iudi.cum allegatis per Angel.conſ.346. Titius.nu.1.Abb. conſ.44. in præſenti.nu.3. ver.hoc idem,li.j.& con.64.viſis.nu.6.ver,ſed in caſu.eo.li.j.Pet.de Ancha.conſ.47. pro clariori.nu.4.& conſ.254.ſtatuto cauetur.nu.4.Pau.de Caſt. conſ.332. viſo teſtamento. nu.1.li.j.& conſ,174.videtur dicẽdum.nu.1.ver.ſed in cõtrarium. & conſ.438. nu.2.ver. nec obſtat,q̃ ſtatutum.li.ij.Nec requiritur cauſam ipſam vel rationẽ in diſpoſitione expreſſam reperiri,ſed ſufficit eam ex narratis vel diſpoſitis præſumi,& cõiecturari poſſe, vt effectum prædictum reſtringẽdi generalem diſpoſitionẽ,perinde ac ſi expreſſa fuiſſet operetur.c,ſuggeſtũ.vbi poſt Abba.& Peruſi.notat Deci.nu.1.in.2.notabi. de appellatio.Cin.in.l.nõ dubium.C.de legibus.cuius dictum elegans appellat,& ſequitur Abb. d.conſ.64.vbi ſupra,& notat in ſimili idem Abb.in.c.fi.nu.11.de reſcrip.

229 Quarto † acceptando copulatiue & in eadem oratione donationem cum vinculis & cõditionibus,eius fuit animi,& intẽtionis donatarius ipſe,vt nõ amplius vincula & conditiones grauarent,q̃ donatio ipſa cõmodi & emolumẽti afferebat, arg.tex.in.l.q̃uis.C. de impube,& in.l.mancipia.C.de ſer. fugi. per quæ notauit Iaco. Butri. poſt glo. in.ea.l. mancipia.in.ij.oppoſi. q̃ quãdo in ſtatuto duo copulatiue exprimũtur,vel vtrumq;,vel neutrum verificari debet.Et generalius poſt eãdem glo. quæ dicitur ſingula. inferũt ibi Dd.cõmuniter,q̃ vbi in diſpoſitione aliqua vnum præſupponitur, & aliud diſponitur, nõ poteſt prius diſpoſitio locum habere,q̃ præſuppoſitum ipſum fuerit verificatum:ſequitur Deci,conſ,251.in cauſa magnifice.nu.6. & conſ.644. viſo & perlecto. nu.15.allegans cõcordantem Roma,in ſingula.486.incipi.Statutum puniẽs.Sed vltra gloſam prę dictam ad hoc dicit notatu dignam Iaſ.in.l.1.§.ſi is qui quadringenta.nu.7. in fin. ad.s.c. Trebellia.Et eam tanq̃ notabilem,& ſingularem ad idem commendat Socin.conſ.44. in præſenti.ad fi.nu.12.& conſ.127,viſis capitulis.nu.3.lib.j.& conſ.300. in cauſa ad fi. nu. 10.li.ij.& conſ.22.videbatur.nu.1.li.iij.

230 Vnde † non admodum ab ſpecie facti noſtri diſcrepat Socin.conſ.214.In cauſa Onofrij.nu,8,ver,tertio reſpõdeo.li.ij.vbi Tertio (inquit) reſpõdeo,q̃ ex quo aduerſarij donauerũt dominę Apolloniæ certa bona,prout dicunt teſtes,& ipſa tunc renũtiauit, cenſetur illa de cauſa inducta ad renũtiandum,vt declarat Bal.in.l.petens.C.de pactis. &c. igitur dicta renuntiatio dicitur facta ſtante veritate dictę cauſę donationis,aliâs non,vt probatur ex his quæ ponit Bar. in.l.damus. de condic.inde.&c. Sed in caſu noſtro (ſubdit ipſe Soci.) dicta cauſa erat falſa, quia nihil donabãt,ex quo dicta bona fuerant legata,& tranſlatum iam erat dominium in ipſam donatricem,l.cum pater.§.ſurdo.de lega. ij.ergo nõ debet habere effectum renũtiatio per dicta iura: & per cõſequens etiam iura mẽtum eandem tacitam cõditionem habere cẽſetur.l.fi.C.de nõ nume.pecu.& probat eleganter,Imol.in.l.ij.§. ſed ſi quis,de donatio.& facit.l.fi.qui ſatis.cogan.&.c.quẽadmodum.de iureiuran.hactenus Socin,Quod vltimum de iuramẽto firmat communis regula,qua pro cõſtanti ponitur,iuramẽtum omnes eas tacitas conditiones recipere, quæ in actu principali ſuper quo interpoſitum fuit ſubintelligũtur, vt late Bal. & alij notant in d.l.fi.C.de non nume,pecu. & omnes vbiq; ſequũtur quos recenſent Moder.in.l.ſi vnq̃ C.de reuo.dona.Et vt ſcripſit Deci.conſ.351.In caſu.nu.8.iuramẽtum ſemper præſtitum iudicatur ſub tacita cõditione,ſi vera ſunt ea,quę narrãtur.Ad principalem autẽ Socini deciſionem additur Pau.de Caſt.conſ.379. Primo videndum.ad fi.li.j.vbi in reciprocis ac reſpectiuis remiſsionibus loquẽs,Non enim (inquit) credendum eſt,q̃ voluerit illa remittere,niſi etiam remiſsio ſibi facta haberet effectum:& ideo retractata vna,retractatur altera,ne indebite damnum patiatur.l.eum qui.§.ſi ſub hac.de ino.teſta.

Et in

Et in † ſimili caſu conſultus Aymon.reſpondit conſ.142.nu.9.parte.1. (q̃uis nec Paul. nec Socinum memoret) Quietationem factam ex cauſa pręcedẽtis donationis,ſiue do tationis nullius eſſe momenti, quãdo dotatio ipſa facta nõ eſſet de bonis proprijs ipſius dotantis,ſed de bonis ipſius dotatę & quietãtis. Nam (ait ipſe) vt quietatio ſuſtineatur ex cauſa cõſtitutionis dotis præcedentis,neceſſe fuerat, q̃ vitricus de ſuo eas priuignas dotaſſet,cum aliâs dici nõ poſsint ab eo dotatę,ſecũdum Paul.de Caſt.conſ.455. Ad pri mum.nu.4.ver.quãtum autem.li.ij. Quemadmodum filius inſtitutus à patre in re pro pria ipſius filij nõ dicitur inſtitutus,ſed potius præteritus.glo.in.l.iij.§.ſed vtrum.de mi nori.Bal.conſ.93.ſi in eodem.ad ſi.nu.7.lib.iij.Paul.de Caſt.d.conſ.455.& Alex.conſ.20. Põderatis.nu.6.li.iij.vnde ſi quieto tibi iura mea pro eo quod aliquid mihi donas,intelli gitur quatenus de proprio donas.&c. hæc Aymon. cuius ſentẽtiam amplius confirmat Roma.conſ.403.ad ſi.nu.23.ver.vltimo cõſiderandum.& Curti.Iunior conſ.157.Præſu ponitur.circa ſi.nu.32.ver.ſed quid fortius.quorum auctoritate cõcludit idem Aymon. conſ.121.emptores.nu.5. q̃ vbi in quietatione aſsignatur ratio , ſcilicet propter ſolutio nem onerum,generalitas ipſius quietationis reſtringi debet ad quãtitatem onerum ve re ſolutorum,cuius ſolutionis cauſa proceſſerat.Et facit quod alibi ſupra ex Corne.cõſ. 289.nu.19.li.j.ſcriptum fuit in cõtractibus oneroſis correſpectiuationem oneris ad com modum demonſtrare veram interpretationem ipſius contractus. 231

Quinto † reſpectiuus cõtractus claudicare non debet (vt vulgo dicitur) neq; ita in terpretari,vt vnum ex cõtrahentibus obliget,alterum autẽ ſolutum relinquat:quinimo ea interpretatio ſequẽda eſt,per quam par ſit contrahẽtium conditio,& æqualitas inter ipſos obſeruetur.l.ſi id quod.§.fi.de reſcin.vendi.l.penul.in.fi.C. commu.diui.l.ſi nõ fue rint.in princi.pro ſocio.§.j.inſtitu.eo.titu.& auten.æqualitas.C.de pactis conuen.cum ſi mili.Nam quẽadmodum ex eiuſmodi æqualitate bona fides contrahentium arguitur.l. non ſolum.§.de vno.de ritu nuptia.l.ſed & milites.poſt prin.de excu.tuto. Iaſ.in.l.fi.nu. 99.C.d iure emphyteo.& Deci.cõſ.308.In caſu.nu.8.ver. Quarto accedit.ita ex inæqua litate ſumma fraudulẽti & dolofi animi cõiectura atq; præſumptio ſuboritur. Hoſtien. in ſumma.de Vſuris.nu.9.§. Qualiter contractus vſurarius detegatur. ver. item ſi pacta claudicant.Bal.in.l.j.quæſtio.9.C.pro ſocio.Bartho.Cepola.in tracta. de ſimu. contrac. nu.60.præſumptione.15.Pau.de Caſt.conſ.55.viſo inſtrumẽto,lib.ij.Roma.conſ.238.Pro habẽda.nu.6.& ſequen. & Deci.d.conſ.308. cum ſimil. Quocirca potius in dubio hærẽ dum eſt præſumptioni æqualitatis & bonæfidei , q̃ inæqualitatis & fraudulenti animi. argu.l.merito.pro ſocio.l.quotiens.§.qui dolo. de dolo malo.l.omnimodo.C. de inoffi. teſta.&.c.fi.de præſumptio.cum vulgat. 232

Adeo † q̃ diſpoſitio coarctanda,& reſtringẽda ſit,vt æqualitas cõſeruetur,& inęqua litas fugiatur , ex notatis per Bar. in.l.ſemper in ſtipulationibus. poſt glo.de regu.iur. & in.l.patronus.§.ſempronio.de legat.iij.& in.l.cum tabernam.in princi.de pignori. cuius auctoritate ſcripſit.Franciſ.Areti.conſ.6.viſo inſtrumẽto.col.iiij.circa medi.ver. ſed ta men his nõ obſtantibus.q̃ in cõrractibus licet ex ſignificatu verborum comprehẽdi res aliqua videatur,nõ tamen comprehẽditur,ſi ex eo inſurgeret inæqualitas inter contra hentes.Vt in ſimili propter ſeruãdam æqualitatem inter filios quædam non veniunt in diuiſionem hęreditatis,quæ aliâs venirẽt.l.fi.vbi notatur.C.cõmu.vtriuſq; iudi.& idem Areti.conſ.153.Breuitate vtẽdum.circa medi.ver. cõfirmatur iſta cõcluſio,ſubdens etiã legatum vni ex filijs factum reſtringi,vt non ſequatur magna inęqualitas,quoad alios.l. quæſitum.§.ſed ipſe Papinianus.cũ glo.in ver.ęſtimauit.de fundo inſtruc. & late Socin. conſ.98.viſis inſtrumentis.nu.2.lib.j.& facit Bal.conſ.434. Pactum.circa fi. & conſ.435. Proponitur.circa medi.ver.præterea.li.ij. 233

Sexto † & vltimo nec vinculum prædictum,neq; eius acceptatio per donatariũ ſim pliciter facta dictum Vicecomitatum comprehendere poteſt , niſi præſuponatur taci ta renũtiatio iurium dicto donatario acceptanti ex cauſis præcedentibus arbitralis ſen tẽtiæ,& renũtiationis fraternę libere,& abſq; grauamine ullo competẽtium.Cæterum ſumme abſurdum eſſet,q̃ hæreditamẽtum illud ſeu donatio directa principaliter ad ac quirẽdum ius dicto donatario,contrariũ effectum renũtiationis ſcilicet in eiuſdẽ odiũ 234

& iuris diminutionem operaretur, vt notabiliter in ſpecie conſiderauit Aymon. conſ. 33. nobiles domicellę. nu. 18. verſi. tertio ſi dicimus. li. j. cuius abſurditatis vitandę ratione alibi ſupra in hoc eodem dubio probauimus, clauſulam generalem reſtringendam eſſe, vt ea nō comprehendat, quæ aliâs comprehenderet, & ad ea non referatur, ad quæ aliâs eſſet referēda. Non enim inducta ad augmētum iuris alicuius, in eiuſdem diminūtionē retorqueri debent. argu. l. mancipia. de fundo inſtruc. l. quod fauore. de legi. & l. ſi. C. de præpo. agen. in rebus. cum ſimili. quę notat Iaſ. in l. ſi cui. nu. 2. & in l. legata inutiliter. nu. 8. de legat. 1. & in ſpecie Corne. conſ. 74. De duobus. nu. 11. & ſequen. lib. j. Neq; inducta ad confirmationem alicuius rei, illius deſtructionem ſolent operari. Hiero. Grat. conſ. 7. etſi ſatis. nu. 22. lib. j. cum vulgat.

235 † Rurſus nunq̄ renūtiatio, ſeu iurium remiſsio eſt in dubio præſumenda, neq; vnq̄ talis animus renūtiandi eſt in agente cōiecturandus. c. ſuper hoc. de renuntiatio. l. cum de indebito. de probatio. & l. ſicut. §. non videtur. qui. mo. pignus vel hypo. ſol. Imol. in l. ex conſenſu. §. filiusfamilias. col. 9. nu. 22. de appellatio. Bal. in l. 1. nu. 2. C. de edic. diui. Adri. tollen. Guiller. de Monte Lauden. in extrauagan. ſuſcepti regiminis. in ver. voluerit. titu. ne ſede vacante. Imol. conſ. 49. In caſu. Cardi. conſ. 30. Quidam A. nu. 23. & conſ. 44. Pro domino. ad fin. vbi in terminis ratificationis loquitur. Deci. in l. poſtq̄ liti. nu. 16. C. de pactis. & conſ. 379, requiſitus. nu. 3. & conſ. 402. in cauſa. nu. 3. Etiamſi actus ex ea ſola renuntiationis præſumptione ſuſtineri poſſet, & illa ſublata corrueret, vt per Corne. d. conſ. 74. nume. 12. lib. j.

236 Et tunc † præſertim quotiens aliqua alia leuis etiam occaſio, interpretatio, vel coniectura capi poteſt, quo caſu nunq̄ diſpoſitio aut verba trahi debent ad renūtiationem inducendam. Hoſtien. Ioan. Andrę. & Anto. de But. in c. accedentibus. de priuile. Franciſ. Areti. in l. qui Romę. §. duo fratres. col. 8. in prin. de verbo. obli. Rapha. Fulgo. conſ. 192. Quidam emit. col. 1. circa princi. Alex. conſ. 33. Ponderatis. nu. 7. col. 3. in prin. ver. Quinimo. li. v. Deci. in l. cuius per errorem. nu. 2. ver. & ideo. de regu. iur. & in c. cum acceſsiſſent. nu. 17. col. penul. ver. Quinto. de cōſtitu. & conſ. 308. in caſu. nu. 11. inferens ex eo, q̄ faciens actum cōtrarium priuilegio iudicari nō debet ipſi priuilegio renūtiaſſe, vbi alia haberi poteſt cōiectura renuntiationis excluſiua. & idem Deci. conſ. 374. in caſu propoſito. nu. 5. & d. conſ. 402. in cauſa. nu. 6. vnde per tex. in l. cum nō ſolum. §. filijs autem. C. de bonis quæ libe. reſpōdit Pet. de Ancha. conſ. 106. Dubitatur. in princi. q̄ pater, qui cōſenſit donationi cauſa mortis à filio factę, exiſtimari nō debet iuri vſusfructus quod in rebus donatis habebat renūtiaſſe, ſi alia quæuis interpretatio accōmodari poteſt. Et alibi nō longe ab inſtituto notauit Bal. in l. ſi. nu. 3. C. ad legem falci. q̄ ſi quidem vir, qui in vim ſtatuti poterat certam dotis partē retinere, ſimpliciter promiſerit dotem reſtituere, talis ſimplex & indefinita promiſsio ad prædictā partē dotis quam retinere poterat, non eſt referenda, ne ex eo iuri ſibi ex ſtatuti prædicti diſpoſitione quæſito renuntiaſſe vir ipſe videatur, ſequūtur Angel. Roma. & Imol. in l. damni infecti. la vltima. §. cum parietem. de damno infec. & Deci. d. conſ. 402. nu. 4.

237 Indefinita † enim nunq̄ æquipollet vniuerſali, quando nō eſt par eademq; ratio omnium quæ ſub vniuerſitate cōtinentur Angel. conſ. 288. nu. 1. Corne. conſ. 328. nu. 35. lib. j. & conſ. 140. nu. 3. & conſ. 180. nu. 2. li. iij. & Soci. conſ. 73. nu. 5. li. iij. & conſ. 5. nu. 16. & conſ. 94. nu. 6. li. iiij. Nec clauſula generalis ad omnia ſuperiora eſt referēda, quando diuerſitatis ratio reperitur, quę relationē nō ad omnia ęqualiter fieri debere ſuadeat. glo. in c. ſtatutum. in ver. locis. de reſcrip. in. vj. & in c. 1. de poſtula. prælato. eo. li. vj. Bal. in l. in actionibus. nu. 3. per illum tex. de his qui notan. infa. Franciſ. Areti. in l. talis ſcriptura. col. 5. de legat. 1. Bal. in l. 1. in prin. C. de libe. pręteri. Deci. in c. ſecūdo requiris. nu. 3. de appellatio. in ſpecie Aymon. conſ. 70. in cōtractu. nu. 10. li. j. & Pau. Pariſ. cōſ. 68. cōtra. nu. 42. li. iij.

238 Et deniq; † omnis renūtiationum materia odioſa eſt, & per quam ſtrictiſsime interpretāda. l. ſi ex pluribus. de ſolutioni. l. emptor. §. Lucius. & l. tres fratres. de pactis. c. quia circa. de priuile. Archi. in c. 1. 18. q. 2. quem ad id allegat Calderi. conſ. 5. An habens beneficium. ad fi. ſub titu. de præben. Paul. de Caſt. conſ. 86. dubitatio. nu. 6. li. j. Cardina. conſ. 120. Titius obligauit. ad fin. Rom. cōſ. 168. circa primum. nu. 1. Soci. cōſ. 96. viſo proceſſu,

in. fi. li. j.

in fi.li.j.cum multis ſimili.Et cum his ſupereſt negatiua huiuſce Quarti dubij concluſio firmiter cõprobata,ꝙ ius Vicecomitatus de Roda mortuo Don Franciſco de Perellos abſq; liberis ad Donnam Francinam eius matrem in vim prætenſi vinculi redire nõ potuit,ſed potius ad Donnam Graidam de la Nuça hæredem vniuerſalem ex teſtamento dicti Don Franciſci deuolutum fuit,& ſucceſsiue ad Don Ioannem de la Nuça in ius dictæ Donnæ Graidę auiæ paternæ vniuerſaliter etiam ſuccedentem.

QVINTVM† in ordine ſubintrat principale dubium: Vtrum iuribus dicti Vicecomitatus ad dictam Donnam Graidam de la Nuça eo modo quo ſupra proxime deciſum fuit deuolutis quicq̃ præiudicij illatum fuerit per ſecũdam arbitralem ſentẽtiam ex compromiſſo inter eam,& Don Ioannẽ de Gurrea & de Torrellas eius fratrem firmato latam per Antonium Auguſtinum die.18.Octob.anni 1500.qua dictus Vicecomitatus dicto Don Ioanni adiudicatus fuit:ſub eo tamẽ vinculo,ꝙ ſi ipſe Don Ioannes decederet abſq; filijs legitimis,& de legitimo matrimonio procreatis,vel deſcẽdentibus illius,vel illorũ maſculis,dictus Vicecomitatus reuerteretur ad filios legitimos maſculos,& de legitimo matrimonio procreatos dictę Donnæ Graidæ ſororis ſuę. In quo quidem dubio hoc vnum venit diſcutiẽdum,An per mortem dicti Don Ioannis de Torrellas abſq; filijs maſculis, ſuperſtitibus autem duobus nepotibus maſculis ex filia Donna Catherina de Bardaxi præmortua,iudicari debeat vinculum,in dicta arbitrali ſententia verbis præſcriptis appoſitum, fuiſſe verificatum, & locum habuiſſe in fauorem filiorum maſculorum dictæ Donnæ Graidæ de la Nuça tunc ſuperuiuentium. 239

Et prima† fronte dubium facit generalis ſignificatio illorum verborum ⌈abſq; filijs legitimis &c.⌉ quæ nedum maſculos ſed etiam fœminas comprehẽdunt.l. ſi quis ita. in prin.de teſta.tute.l.ſi ita ſcriptum.in princi. de lega.2.l.1.&.l.iuxta.&.l.quiſquis. de verb. ſignifi.&.l.1.C.de condi.inſert.notat Ioan.Andræ.in.c.Raynaldus.col.2.& ibi. Anto.de But.col.1.in fi.ver.circa primam partem.& alij cõmu.de teſtamen.Pet. de Ancha. conſ. 120.Pro clariori.nu.3.& conſ.125.viſis.nu.2.Alex.conſ.55. Ponderatis.nu.10.li.iij. cum ſimili.Quo fit vt ex communi ſentẽtia fideicõmiſſum alicui iniunctum ſi ſine filijs legitimis deceſſerit expiret etiam ſolis filiabus ſuperextantibus,vt præallegati inferũt,& notant Bar.Imol.& Moder.in.l.cum auus.de condi.& demonſ.Alex.conſ.17. circũſpectis. nu.9.li.7.& Ludoui.Bolog.conſ.53.Inuocato.nu.17.inter ea.Alexan.cõſilia.li.iiij.ea prę-ſertim ratione,Quoniam maſculinum cõcipit fœmininum, quãdo ex tali intellectu fauor & nõ odium redundat, vt habetur in iuribus proxime citatis, & in.l.ſi quis id quod. de iuris.omni.iudi.& late Bar.in.d.l.1.de verbo.ſignifi.fauor autem tunc dicitur redundare,quãdo ita intelligendo, fideicommiſsi onus iniũctum expiraret, vt explicat Deci. conſ.567.In caſu occurrẽti.nu.6.& ſequen.Et generaliter ius commune differẽtias inter maſculos & fœminas admodum deteſtatur.l.maximum vitium. C. de libe. præteri. vel exhęre.& Ancha.d.conſ.125.nu.4.ver.tertio.Quinimo nec is ſine filijs deceſsiſſe iure dici poteſt qui vnicã tãtum filiã ſuperſtitẽ reliquit.l.nõ eſt ſine liberis de verbo.ſigni.Bar. in.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ad.s.c.Trebellia,& Angel.conſ.118.Auia pro nepte.nu.1. 240

Nec videtur† qualitatem illam maſculorum ad filiorum appellationem eſſe referendam,ſed magis reſtringẽdam fore ad proximiora verba ſcilicet ⌈vel deſcendentibus illius vel illorum maſculis⌉ vt ita amplius fideicommiſsi onus coarctetur,& iudicari debeat expiraſſe per mortem dicti Don Ioannis de Torrellas & de Gurrea ſuperſtitibus duobus nepotibus,& ita deſcẽdentibus maſculis ex filia præmortua. Nam qualitas maſculinitatis ad illum gradum reſtringi debet,cui appoſita reperitur,nõ vero ad alios extendi in quibus ſimpliciter de filijs fuerit facta mẽtio, quemadmodum reſpondit Ioan. de Ana.conſ.22.Ad approbandum.nu.3.Pet.de Ancha.d.conſ.120.nu.3.& ſequen.Alex. conſ.38.Perſpectis.nu.6.li.vj.&.d.conſ.17.nu.12.li.vij.Ludo.Bologni.d.conſ.53. & Anto. Franciſ.de doctoribus.vt refert Deci.conſ.495.viſo eleganti. præſertim.nume.7. Quorum ſententiam ſequitur idem Deci.d.conſ.567. quando de excludendo grauamine fideicommiſsi tractaretur. 241

Quibus

242 Quibus † tamen non obſtantibus, veritas eſt in contrarium, & adeo expedita, ꝙ vlteriori demõſtratione minime indigeret: cum cõſtet dictum Don Ioannem de Torrellas non ſolum abſq; filijs maſculis, verum etiam abſq; liberis, & deſcẽdentibus maſculis deceſsiſſe. Etenim licet proferatur eum duos nepotes maſculos ex filia præmortua ſuperſtites reliquiſſe, appellatione tamen liberorum vel deſcẽdentium maſculorũ, non ij qui per fœmininam lineam deſcendũt, q̃uis ipſi maſculi ſint, cõtinentur, vt poſt Ricar. Malum. decidit Ioan. And. in addi. Specul. titu. de teſtamen. in Rubri. inferens, ꝙ ſi teſtator fratri ſuo hæredi inſtituto, ſi abſq; liberis maſculis deceſſerit, Titium ſubſtituerit, & decedat ipſe inſtitutus ſuperſtite nepote maſculo ex filia fœmina viuente vel præmortua, admittitur Titius ſubſtitutus, verificata ex eo euentu fideicommiſsi conditione. Cuius etiam ſentẽtiæ fuit Bal. in áddi. Specul. titu. de emphyteoſi. col. penul. ver. nepos ex filia. in auten. ſi quas ruinas. nu. 8. C. de ſacro. eccle. & in. l. ſed ſi hac. §. liberos. & ibi Angel. nu. 2. Paul. de Caſt. nu. 2. & Alex. nu. 8. de in ius vocan. idem Paul. de Caſt. in. l. Gallus. §. nunc de lege velleya. nu. 6. dicens ſæpe ſe ita conſuluiſſe Franciſ. Areti. col. 3. Alex. nu. 3. Iaſ. nu. 16. & Soci. nu. 6. qui hanc dicit magis cõmunem ſentẽtiam. de libe. & poſthu. idem Alex. in ea. l. Gallus. §. etiam ſi à parente. nu. 4. & in. l. ex facto. §. fi. nu. 3. & ibi Ripa. nu. 8. ad. s. c. Trebellia. Eamq; ſimul cõſulendo ſecuti fuerunt Anto. de But. Pet. de Ancha. Ioan. de Montegaua. Bartho. de Salice. Floria. & Matheſilla. vt hic vltimus refert, & commendat in ſingula. 130. incipi. nota vnum dictum. & alij plærique quos retulit Tiraquel. de iure primigeniorum. quæſtio. 13. nu. 6. inter quos Paul. de Caſt. conſ. 190. nouiter reuocatur. nu. 3. li. ij. concludit, tam in vltimis voluntatibus, q̃ in cõtractibus quando fit mentio de maſculis, intelligẽdum eſſe de maſculis oriẽtibus ex maſculis, ita vt nõ comprehendantur nepotes ex filia, licet ſint deſcendentes, & ſint maſculi. Et obtentum etiam fuiſſe in Parlamento Delphina. teſtatur Guido Papæ Deciſ. 133. incipi. ſed poſtremo. & ratione duplici confirmatur.

243 Primo † quoniam non debet plus iuris eſſe in cauſato, q̃ procedat ab influenti potentia cauſę, vt ad propoſitum ſcripſit Iaſ. in. d. §. nunc de lege velleya. nu. 18. Vnde generaliter cõſtat, denegatum filiæ fœminę nequaq̃ concedi nepoti, q̃uis maſculo ex ea deſcendenti. l. ſi viua matre. C. de bonis mater. Cin. in. l. 1. quæſ. penul. C. quæ ſit longa con. Bar. in. l. 2. §. ſed vidẽdum. in fi. ad. s. c. Tertullia. Bal. conſ. 292. verba pactorum. nu. 3. ver. illud non omitto. li. ij. cum ſimili. Infecta enim radice infecti quoq; palmites exiſtimantur, vt per Bar. Bal. & Paul. de Caſt. in. l. illam. C. de collatio. & excluſa radice, quicquid ex ea oritur, videtur excluſum, vt notat Bal. in. l. maximum vitium. nu. 2. ver. præterea iſta neptis. C. de libe. præteri. inferens in propoſito, ꝙ licet ex filia fœmina ſuperſit nepos maſculus, non tamẽ ob id mutato ſexu mutatur ratio excluſiua, cum non poſsit venire nepos niſi tanq̃ matris imago: Et ideo ſecũdum eundem Bal. vbicunq; mater inuenitur ex cluſa, tota etiam linea, quæ ex ipſa deſcendit, excluſa cenſeri debet: quia niſi in capite principium ſumat habilitas, vlterius produci non poteſt. argu. tex. in. l. quæcunque gerimus. de actioni. & obliga.

244 Secunda † ratio eſt, Quia qualitas illa maſculorum deſcẽdentibus dicti Don Ioannis in ea arbitrali ſentẽtia appoſita, ſignificat, & declarat intentionem arbitrorum fuiſſe, ꝙ Vicecomitatus de Roda in familia & agnatione ipſius Don Ioãnis cõſeruaretur, vt cen ſuit poſt Iaco. de Are. Ioan. Andræ. in addi. Specu. titu. de ſucce. ab inteſta. ſuper Rubri. Bal. conſ. 68. Martinus Ioannes de Florentia. inter conſilia Angeli. Soci. conſ. 12. Prẽſens. nu. 2. in fi. & conſ. 62. viſo capitulo. nu. 4. & cõſ. 63. viſis. nu. 12. ver. præterea in dicto. li. iij. Curti. Seni. conſ. 44. Statuto. nu. 2. & Deci. conſ. 15. Et pro tenui. nu. 2. col. 2. poſt medi. & conſ. 270. Dominus. nu. 3. ver. circa primam. Quæ quidem conſeruatio illico interrupta fuit per medium filiæ fœminę, quæ caput & finis familiæ nũcupatur. l. pronũtiatio. in fi. de verbo. ſigni. Curti. Senior. conſ. 63. Antiquiſsima. nu. 9. in fi. col. 10. in prin. & deſcendentes ex ea licet maſculi familiam patris eorum, non autem ipſius matris ſequũtur. l. familiæ. §. fœminarum. de verbo. ſigni. cum allegatis ſupra. nu. 46. Vnde communiter dicitur, per medium fœminarum bona in alienas familias tranſportari, vt late probat Soci. conſ. 40. cum in præſentiarum. nu. 11. & nu. 12. ver. ſecunda ratio. & ver. Quinto. & ver. primum

primum ꝙ teſtator.& nu.16.inter cõſilia Curtij Senio.& ipſe Curti.d.conſ.63.vbi ſupra. & Paul.Pariſ.conſ.37.ſi bona.nu.33.& conſ.63.Capiendo.nu.26.li.ij.cum ſimili.

Nec obſtant † ex aduerſo deducta,falſum enim eſt eorum principale fundamentum, 245
ꝙ qualitas prędicta maſculinitatis nõ æque ad filios quemadmodum ad deſcẽdentes re
feratur:& manifeſte cõfunditur,ex communi regula in materia relationis,qua pro con
ſtanti ponitur, qualitatem pluribus copulatiue vel etiam diſiunctiue præmiſsis ſuppoſi
tam,ad omnia pariter eſſe referẽdam.l.1.iuncta.l.doli verbum.de ſeruo corrup. per quæ
notat & infert Bar.in ea.l.doli verbum. ꝙ ſi ſtatuto caueatur,vt faciens furtum & homi
cidium de nocte certa pœna puniatur, qualitas illa de nocte ad vtrumq; furtum videli-
cet & homicidiũ referri debet:& ſubdit,eſſe valde notãdum,vt ſequitur Felin.alia quę-
dam ad propoſitum adducens in.c.cauſam quæ. nu.4.in.1.limitatio.ver. tertio nota. de
reſcriptis.Et ſpecialius notat idem Bar.in.l.prętor.§. eritq; hæc differentia.ver. breuiter
dic.vi bono.rapto.ꝙ quãdo ſunt plura in eadem oratione,quæ reguntur ab eodem ver-
bo,tunc qualitas vnum qualificans, refertur etiam ad omnia prædicta in eadem oratio-
ne contẽta arg.l.1.in prin. iunc.l.3.§.quod ait.de incen.rui.naufra.notat idem Bar.in.l.in
repetendis.col.2.ver.Quæro vidimus.de lega.3.& in alijs locis quos citat Nico. Milis.in
Reportorio ſuo,in verbo clauſula.ver.7.clauſula poſita.Alex.conſ.48.viſis& oportune.
nu.11.li.j.Soci.conſ.249.Materia præſentis.nu.10.ver. ſecũda regula.li.ij. & conſ.66. viſa
donatione.nu.14.li.iij.& conſ.28.viſis inſtrumẽtis.nu.13.li.iiij.& Feli.in.d.c.cauſam quę.
nu.4.ver.limita ſeptimo.

Sed & † in terminis quæſtionis noſtræ reſpõdit Abb.conſ.36.Quidam Andręas.nu.3. 246
ver.quinto probatur.li.j.ꝙ qualitas maſculinitatis in vna oratione expreſſa,referri debet
ad omnes in ea oratione nominatos:& latiſsime cõfirmauit Iaſ.conſ.137.In cauſa & lite.
nu.12.col.9.ver.nono ad idem facit.li.iiij.Et vltra idipſum ſcripſit Pau.de Caſt.conſ.309.
Caſus iſte frequẽter.li.ij.& pulchre Rapha.Cuma.cõſ.117. A.in teſtamẽto.in primo du
bio.Soci.d.conſ.63.viſis teſtamẽto.nu.14.ver.ſecundo poſt mortẽ.li.iij.& Curti.Senior.
conſ.51.ſuper teſtamẽto.nu.15.& conſ.75.dominus Ludouicus.nu.13.col.9.in princi.ver.
& benefacit.&.d.conſ.63.Antiquiſsima.nu.11.col.11.ver.Quinto reſpõdemus.cum con
cordan.Et generaliter relatio ad omnia præcedẽtia eſt facienda,quãdo hoc recti ſermo
nis ratio patitur,nec cõgrua diuerſitatis ratio accommodari poteſt.c. ſecundo requiris.
vbi moder.de appella.c.vbi periculum.§.nulli.de electio.in.6.l.1.vbi Bal.nu.1.&.2.C. de
libe.pręteri.Bar.& docto.in.l.ſi idem cum eodẽ.§.fi.de iuris.omni.iudi.& in.l.talis ſcri-
ptura.de legat.1.Per. de Ancha.conſ.68.ſubtiliter.nu.5. Angel.conſ.28.teſtator. nu.2. in
ſpecie Roma.conſ.480.in caſu propoſitę conſultationis.nu.7.& Franciſ.Areti.conſ.115.
viſo puncto.circa princi.cum ſimili.

Secundo † amplius omnis,ſi quę ſupereſſe poſſet dubitatio,remouetur ex huiuſmodi 247
verbis,quæ incõtinenti poſt prænarrata in eadem arbitrali ſentẽtia ſcribũtur ⌈Empero
en el dicho caſo muriẽdo el dicho Don Ioan ſin hijos maſclos, o deſcẽdientes de aq̃llos
maſclos como dicho es, y teniendo fija o fijas legitima o legitimas, que pueda el dicho
Don Ioan ordenar y dexar a vna de ellas,lo que querra, haſta en quantidad de quinze
mil florines.&c.⌉ Ex quibus manifeſte declaratur voluntas & intẽtio diſponẽtis,vt de-
ſcendentes maſculi dicti Don Ioannis ex filijs quoq; ipſius maſculis procreati, nõ vero
ex fœminis facerent fideicommiſsi ſeu vinculi appoſiti cõditionem deficere,& maſcu-
los filios dictæ Donnę Graidæ de la Nuça excluderẽt. Semper enim verba quæ in vno
capite diſpoſitionis ambiguitatem aliquam patiũtur, ex his quæ in alio præſertim con-
nexo capite clare expoſita ſunt interpretationem, ſeu declarationem recipiunt.l. ta-
lis ſcriptura.in fi.& ibi Bar.& omnes.de lega.1.l.ſi ſeruus pluriũ.§.fi.eo.titu.l.legatorũ.§.
1.de lega.ij.l.quemadmodum.§. hæc verba. ad legem Aquili.l.qui nõ militabat.§.Lucio
Titio.de hære.inſtitu.l.vtrum.& ibi Bar.Bal.& Angel.de peti.hære.idẽ Bar.in.l.alimen
ta.de alimẽ.& ciba.legat.Alex.conſ.32.Clariſsima.nu.3.li.vij.cum vulgatis.

Qua ſola † ratione (quicquid in cõtrarium allegati ſenſerint) plęriq; & magis com- 248
muniter in hanc conueniũt opinionem, ꝙ q̃uis in vno capite teſtamẽti, vel in vna ſub-
ſtitutione de liberis ſimpliciter,& abſq; qualitate aliqua ſit facta mentio, ſi tamẽ in alio

eiuſdem capitẽ,vel ſubſtitutione qualitas maſculinitatis eorum appellationi adiũcta reperiatur,ex eo primum caput vel prior ſubſtitutio declarationem accipit,vt perinde iudicari debeat,ac ſi vtrobique eadem qualitas repetita fuiſſet, Rapha. Cuma.d.conſ.117. A.in teſtamento.in princi. Abb.d.conſ.36.col.fi.li.j.Benedic.Capra.conſ.60.circa quod. Corne.conſ.275.In præſenti.nu.5.li.iiij.Pet.de Ancha.conſ.120.Pro clariori.nu.4.ver.& maxime.vt eum refert & ſequitur Curti.Senior.d.conſ.63.nu.15.in fi. col.15.in prin. ver. Quid plura,& idem Curti.d.conſ.51.nu.12.&.15.& ſequen.& conſ.75. Dominus Ludouicus.nu.13.per diſcurſum.Deci.d.conſ.15.Et pro tenui.nu.13.& conſ.270.dominus Raynaldus.nu.5.& conſ.370.viſo teſtamẽto.nu.3.& conſ.442. in cauſa.nu.12. & in iudicãdo recepta fuit per Parlamẽtum Delphina.vt refert Guido Papæ.Deciſ.485.ſi in aliqua. Et quanq̃ ex aduerſo (vt dictum eſt) grauiſsimorum etiam doctorum pugnent auctoritates,quos refert,& ſequitur Paul.Pariſ.conſ.38.In hac.nu.27.li.ij.eorum tamen cõtrouerſia longe diſtat ab ſpecie facti noſtri,procedit etenim in diuerſis ſubſtitutionibus & capitibus ſeparatis:nos autem loquimur in clauſula connexa,& ad eiuſdem ſubſtitutionis declarationem ſpecialiter appoſita.Rurſus prædictę opiniones, quæ diuerſę ſeu aduerſę vidẽtur,ad concordiam reduci poſſunt ex ſentẽtia Curtij.d.conſ.63.nu.11.ver. Quinto reſpondemus.vt affirmatiua quæ relationem vel repetitionem admittit,tunc procedat,quando nulla dari poſſet congrua diuerſitatis ratio,quare magis vnam ſubſtitutionem q̃ alterã ad filios maſculos reſtringere diſponẽs voluiſſet.Altera vero negatiua intelligatur,quãdo aliqua diuerſificãs ratio poſſet ĩter eos caſus ſubſtitutionũ cõſiderari.

249 Videant † igitur celeberrimi huiuſce cauſę iudices de quorum fide,cõſtantia,æquitate,iuſtitia,ac rectitudine celebris per totũ orbem fama circũfertur,videant inq̃ in quanta iuris præſumptione intentio huiuſce Don Ioannis de la Nuça ſit cõſtituta.Habet ipſe fundamẽtum ſupra firmam petram cõſtructum, hoc eſt in prima Don Franciſci de Fenollet eius ataui de eo Vicecomitatu ordinatione,cui tanq̃ regulę & carrocio hærendũ eſt,vbi exceptio nulla probatur:neq; enim quicq̃ adeo cõgruum eſt fidei humanæ,q̃ ea quæ placuerunt inter homines ſalua rataq; permanere.l.j.de pactis. &.l.j.de cõſtitu. pecu.vnde exclamarũt vniuerſi in conſilio Aphricano pax ſeruetur,pacta cuſtodiãtur.c.1. de pactis.Habet inſuper dictus Don Ioannes de la Nuça ædificium prioris arbitralis ſententiæ anno.1480.late,ex omnium qui intereſſe aliquod prætendere poterãt communi ſenſu & auctoritate compactum,cuius effectus in illius vtilitatem & fauorẽ reſultantes in tertio principali dubio perfecte exarati fuerũt. Quæ quidem ſentẽtia ex cõpromiſſo prolata,quam maximam rectitudinis & iuſtitiæ præſumptionem de iure habeat notarunt Ioan. And.Bal.Abb.Imol.& Moder.in.c.quoniam contra falſam.de probatio. Din. conſ.14.alĩs.19.incipi.Ptolomęus.quod retulit Ioan. And.in addi. Specul.titu. de arbitris.§.ſequitur.ver.item quia per illud.in litera.h.Anto.de But.in.c.in præſentia.col.penul.de renũtia.Bal.in.l.vnde ſi nerue.pro ſocio.Roma.in.l.ſciendum.nu.61.& Alex.nu. 22.de verbo.obliga.Anto.de But.conſ.28.hæc Quæſtio.& conſ.32. In prędicto.Bal.cõſ. 340.Statuto.nu.2.&.4.li.j.& conſ.8. Punctus.nu.6.li.iij.& in.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ver. item quæro,de arbi.Angel.conſ.198.Teſtator.nu.1.ver.quandoque. Cardina.conſ.240. reſpondemus.in.ij.dubio.Pet.de Ancha.conſ.5.cui incumbat.circa princi. inter conſilia Calderini.ſub titu.de arbi.Cuma.conſ.50.ſtante ſtatuto.in.iij.dubio.ver. tamẽ in dubio. Paul.de Caſt.conſ.73.viſis.col.4.ver.circa tertium.in Antiquo volu.Ioan.de Ana.conſ. 50.in quęſtione.nu.8.ver.circa vero tertium.Abb.conſ.64.venio.nu.3.li.j. Alex. cõſ.119. Quæritur.nu.16.ver.& dicta ſententia.& nu.21.ver.non obſtat. lib.ij. & conſ.135. nu.21. & conſ.43.nu.7.&.16.lib.vj.Soci.conſ.90.viſis.nume.13.lib.iiij.& Curti. Senior conſ.23. ego quoq;.nu.6.cum multis ſimili.

250 Et rurſus † acceſsit firmamentum aliud huiuſce alterius arbitralis ſententiæ & laudi, quod prioris effectus & præſumptiones mirum in modum auxit,& roborauit.Actuum enim geminatio & iteratio cõfirmat rem geſtam,actum inualidum valere facit, aliosq; quamplures notandos effectus operatur,& deniq; ſtare non debet abſq; virtute aliquid vltra ſimplicem inducẽdi,ad notata in.l.cum ſcimus.C.de agri.& cenſi.li.x.in.l.Balliſta. ad.s.c.Trebellia.in.l.ſi mulier.C.ad.s.c.velleyan.per Andræ.Sicul.conſ.18.præclare.col.

xiij.circa

xiij.circa fi.lib.ij.& conſ.14.Deum inuocent.col.4.circa medi.& conſ.38. Plane etenim. col.ij.poſt medi.li.iij. Anto.Corſet.in tracta.de geminatio.Hipoli.de Marſi.in.l.j.§.quæſtioni.de queſtioni.Feli.in.c.ſi cautio.nu.39.de fide inſtru.& Ioan.Lupi.in repeti.Rubri. de dona.inter virum & vxor.§.17.nu.10.charta.16. & alibi ſparſim. Quæ circa hanc dubitationem breuiter ſcripta ſufficiant.

SEXTVM † & vltimum ſupereſt dubium principale, in quo validitas in ſolutum dationis, quæ de dicto Vicecomitatu de Roda per Donnam Francinam Don Ioanni de Torrellas & de Gurrea eius filio vltimo loco facta prætenditur duabus particularibus Quæſtionibus diſcutietur: In quarum prima, ſubſiſtentibus his, quæ in præcedentibus dubijs concluſa fuerunt, vt vere ſubſiſtunt, effectus dictæ inſolutum dationis examinabitur. In ſecũda vero, poſito non tamẽ conceſſo, ꝙ prædictus Vicecomitatus poſt mortẽ Don Franciſci de Perellos abſq; liberis ex vi prætenſi vinculi de quo in Quarto principali dubio actum fuit, ad dictam Dõnam Frãcinam redierit, de validitate eiuſdem in ſolutũ dationis diſputabitur. 251

CIrca † primam quæſtionẽ videretur primo aſpectu defectũ iuris in dicta Donna Francina in ſolutũ dante nõ potuiſſe per Dõnam Graidam de la Nuça illius hæredem, nec modo poſſe per Don Ioannem de la Nuça dictæ Graidæ nepotẽ ex filio, & ſucceſſorem vniuerſalem allegari: partim ex eo quod ſupra alibi obiectũ fuit, inter dictam videlicet eſſe hęredibus facultatem prædeceſſorum factis cõtraueniendi: quod adeo verum eſt, vt neq; ex iure & perſona propria id hæredibus cõcedatur, vt probat tex.in.l.filiusfamilias.§. cum pater. de lega.1.vbi filij & hæredes illius, qui rem extra familiam prohibitus erat alienare, nõ poſſunt etiam tanq̃ de familia, & ita iure proprio alienationem in extraneum factam retractare. & tex.in.l.cum â matre. vbi Bal. & Paul. de Caſt.poſt glo.notant.C.de rei vendica.& Rapha.Fulgo.conſ.67.paterfamilias.col.ij. ver.his tamen.vbi idem etiam inuẽtario per hæredem confecto verum, exiſtimauit, vti etiã voluit Matthæ.de Afflic.Conſilij Neapoli.Deciſio.240.in cauſa.col.fi.Vnde agnati vel filij hæredes vaſſalli nequeunt feudi alienationem ab ipſo vaſſallo factam reuocare, licet aliâs poſſent, ſi quidem hæredes nõ eſſent, Bal.Marti. Lauden. Aluaro. & alij in c.j.§.hoc quoq;.de ſucce.feu. Iacobi. de ſancto Geor. in tractatu feudorum in verbo. Et cum pacto de non alienãdo.col.x.verſi.aduertite ad id.vbi cõcordantes allegat.Vdalri. Zazius.in ſuo feudorũ epitome parte.9.de feudi alienatione.pagi.135.in paruis.ver. Quibus conſequẽs eſt.(vbi tamen hoc limitat inuẽtario per hæredem cõfecto, quod omnia ei iura conſeruat) Paul.de Caſt.conſ.207.dico.in prin.& conſ.290.viſa ſupraſcripta.col. fi.ver.ex prædictis patet.li.ij.cum ſimili.per eos citatis. & per Matthæ.de Afflic.Conſilij Neapoli.deciſ.112.inter dominã Laurã.& Tiraquel.de retractu.titu.j.§.j.glo.9.nu.49. 252

Partim † etiam propter expreſſam euictionis promiſsionem in ea inſolutum datione per dictam Donnam Francinam pro ſe,& hęredibus ſuis ſpecialiter & expreſſe factam: quæ effectum habuiſſe & habere videtur, licet vterq; cõtrahentium rem inſolutum datam alienam tunc eſſe certo cognouerit, nullumq; inſolutum danti ius in ea re competere, nec ſupereſſe. Nam licet ſciẽter rem alienam cõparanti venditor de euictione non ſit obnoxius: verum tamen eſt, niſi expreſſe ipſe euictionem promiſerit, cuius tunc promiſsionis effectum etiam vtriuſq; ſciẽtia nõ ſoluit, nec impedit.c.j.de inueſti. de re alie. facta.l.ſi fundum.vbi glo.& docto.commu.C. de euictioni.l.ſi fratres. in prin.C.cõmu. vtri.iudi.l.ſi à matre cum glo.C.de iure doti.l.ſi.C.de cõmu.re. alienan. glo.in.l.j.in ver. emptor.de euictioni.& in.c.ad audiẽtiam.de reb. eccle.nõ alienã.Bar.in.l.cũ vir.de vſu capio.in.j.col.Imol.in.l.qui Romę.§.duo fratres.col.5.circa medi.de verbo.obli.Paul.de Caſt.conſ.333.viſo puncto.in fina.verbis.li.j.Cuma.cõſ.170.Dominus.in.ij.dubio.Roma. conſ.396.in caſu.nu.3.ver.& hoc verum. Alex.conſ.69.ſuper eo. nu.2.ver. ex his ergo.li. iiij.cum ſimili.Hæredes igitur dictę Donnæ Frãcinæ, quos de euictione tenet actio.certa agentes repellere videtur exceptio.l.vendicantem.de euictio.Rapha.Cuma.conſ.67. col.ij.& Alex.conſ.21.nu.2.lib.v. 253

Sed prædicta † nõ adeo vrgẽt, vt perſpicua prætẽſę in ſolutũ dationis nullitas ex illis 254

valeat offuſcari. Nam cum ex præcedentium dubiorum concluſionibus manifeſte appareat, dictam Donnam Francinam nullum tunc temporis in dicto Vicecomitatu ius habuiſſe, illud ſolummodo quod habuit, & ita nullum ius in dictū Don Ioannem de Torrellas eius filium, cui in ſolutum dationem de eo feciſſe aſſeritur, tranſportauit arg. tex. in.l.j.C.qui pro ſua iuris.in.l.traditio.de acqui.rer.domi.in.l.ij.C.de pœnis.in.l.obſeruare.ad fi.de offi.procon.in.l.ſi vniuerſe.C.de legat.in.c.nulla ratio.62.diſtinctio.cum vulgat. Cum nemo vltra q̃ habeat, alteri dare poſsit.c.quomodo.de conſecra. diſtinc.4.l.ſi filius.C.de dona.&.l.ſi libera.vbi Paul.de Caſt.nu.2.C.quod cum eo.idem Pau.de Caſt. conſ.84. Quæſtio.col.iij.ver.ſubſequenter.li.ij.Corne.conſ.166.Quatuor.nu.43.li.ij.vbi de inſolutum datione loquitur.& conſ.321.poſt princi.li.iiij.& pro non dato illud haberi debeat, quod ab eo qui dare nō poterat, datum fuit.c.quod autem.in fi.vbi glo.in ver. pro non dato.concordantes allegat.de iure patrona.& Deci.in.l.nemo plus iuris.de regu.iur.cum vulgatis.

255 Difficultas † omnis ſi quę eſt, in obiectionum diſſolutione conſiſtit: Quæ tamen multipliciter reſolui poſſunt. Ad primam enim, in qua conſideratum fuit dictam Donnam Graidam de la Nuça hæredem dictæ Donnæ Frācinæ eius matris non potuiſſe, nec modo illius ſucceſſores poſſe in ſolutum dationem prædictam ab ipſa Donna Francina factam ex defectu iuris impugnare. Reſpondetur imprimis, eam iuris regulam, qua hæres defuncti facto cōtraire prohibetur non procedere, quādo illud factum ad fraudandum hęredem iure ſuo proceſsiſſet, quēadmodum ea in ſolutum datio in fraudem iuris dictę Donnæ Graidæ vt hæredi Don Franciſci de Perellos fratris ſui competēti directa fuit ita Bal.in.l.j.nume.4. col.iiij.ver. Quæro vtrum.C.de ino.donatio.vbi Quæro (inquit) vtrum iuramentum donantis impediat hanc reuocationem, ſcilicet inofficioſe donationis? Reſponde non.l.j.&.ij.C.ſi quid in frau.patro. Nam filius venit contra factum patris hoc caſu, etiam ſi ſit hæres patris, quia nō tenetur habere ratum quod eſt factum in fraudem ſuam &c. hoc enim ibi Bal. late proſequitur, & idem conſ.215. Proponitur, ꝙ inueſtiturę.nu.1.col.ij.verſi.tertio reſpōdetur.li.ij.& Saluſti. de Monte Morci.& Abb. ſimul tradiderunt conſ.197.viſis dubijs.nu.1.inter conſilia Paul.de Caſt.li.ij.dicētes, ꝙ q̃uis regula ſit defunctum non poſſe venire contra factum defuncti, nec redarguere defunctū de mendacio, fallit tamen ea regula, quādo defunctus ſuo facto voluerit fraudare hæredem in iure debito ipſi hæredi: Cuius etiam ſentētiæ fuit Curti. Senior conſ.j. circa primum in fi.Iaſ.conſ.7.vertitur controuerſia.col.8.ver.nec obſtat dum ſucceſsiue. li.iij.dū commemorat Bal.in.d.conſ.215.& expreſsius idem Iaſ.conſ.56. Magnificus.col.6.ver.& ad illud.& conſ.64.In cauſa caducitatis.col.iij.ver.nec obſtat ſi diceretur.eo.li.iij.& cōſ. 168.In cauſa.col.fi.nume.18.ver.ſecundo reſpondetur.li.iiij. & Tho. Grammati. conſilij Neapo.deciſ.93.in caſu.nu.9.

256 Rurſus † in feudo antiquo, quod ex prouidētia maiorum ad filium deuolui debet, venire poteſt filius ipſe etiam hæres patris cōtra factum ipſius patris, & illud iure proprio impugnare ex ſententia Bal.in.d.conſ.215.nu.1.ver.in contrarium.lib.ij. Alex.qui plures concordātes allegat conſ.18. Attentis narratis.nu.12.ver. aut filj dicti męuij.li.v.Saluſti. & Abb.d.conſ.197.nu.1.ver.propterea prædicta regula. Corne.conſ.301.circa primum. nu.10.li.j.& latiſsime Iaſ.& Curti.Senior.in conſilijs præallegatis. Qui omnes ex eo inferunt, ꝙ quādo teſtator voluit priuare hęredem eo iure, quod ipſi neceſſario relinquendum erat, ceſſat regula in cōtrarium adducta, & iure poteſt hæres ipſe teſtatoris factum impugnare, atq; infringere: quod ipſum probat optime tex.in.l.ij.vbi notant Bar.Bal.& Paul.de Caſt.ſi in frau.patro. Alberi.in rubri.C.eo.titu.col.ij. Pet.de Bella perti. & Cin. in.l.j.eo.titu.Bar.conſ.65.factum eſt tale Petrus Nicole.poſt princi.ver.ſi vero ex hoc.& in.l.poſt cōtractum.de donatio.cum ſimi.quos allegat Alex.conſ.57.viſa breui. in fi.li.v.

257 Ad ſecundam † etiam obiectionē, quæ ex expreſſa euictionis promiſsione nititur, facile reſpōdetur. Nam quādocunq; hæredi ratione ſupra proxime adnotata defuncti facto cōtrauenire permittitur, reſciſſa eo pacto principali cōuentione, reſcinditur etiam pœnalis,& quælibet acceſſoria, vt notauit in ſpecie Bal.in.d.l.j.nu.4.ver.Quæro vtrum. & ibi Sali.quęſt.9.C.de ino.donatio.& conſequēter ſtipulatio euictionis,& de non contraueniendo,

trauẽniendo,ac ſimiles promiſsiones,quas acceſſorias eſſe cõſtat ex glo.in.l.ſi patronus. §.patronum.in ver.fauiana.ſi quid in frau.patro.& firmat Pet. de Ancha.conſ.291.ſuper pluribus.nu.6.latiusq; in ſequenti quæſtione explicabitur.

Inſuper † in prædicta etiam expreſſa euictionis promiſsione incluſa non fuit euictio 258
nũc ſubſecuta,& cauſata ex facto ipſius eiuſdem Don Ioãnis de Gurrea & de Torrellas, cui in ſolutum datio facta prætenditur, ex compromiſsis videlicet per eum firmatis, & tranſactionibus atq; renuntiationibus in præcedẽtibus dubijs enarratis, quibus ipſe ius ſuum in fratrem Don Franciſcum, ac etiam dictam Donnam Graidam de la Nuça ſoro rem tranſtulit, vt in tertio & quinto principali dubio declarauimus. Enimuero cõmunis eſt,& approbata concluſio,q̃ licet vẽditor expreſſe promiſerit de euictione,ſi tamẽ euictio poſtea ſequatur ex facto ipſius emptoris,vel eius auctorum, etiam vẽditionem præcedente,nõ poteſt eo caſu emptor ipſe habere recurſum ex cauſa euictionis aduerſus vẽditorem, vel eius ſucceſſores, neq; ad eiuſmodi caſum, niſi ſpecialiter nominatus fuerit,extenditur euictionis promiſsio,tex.eſt apertus in.l.fundum meum.de euictioni. vbi hoc notant Odofre.Bar.Bal.Angel.Alberi.& Fulgo.tex.etiam in.l.hoc iure.eo.titu. vbi hoc iure (inquit) vtimur,vt exceptiones ex perſona emptoris obiectę ſi obſtant,vẽditor ei nõ teneatur:ſi vero ad perſonam vẽditoris reſpiciunt contra. Certe neq; ex empto,neq; ex ſtipulatione duplę,nec ſimplę actio competit emptori, ſi exceptio ei ex facto ipſius oppoſita obſtiterit.hæc illæ tex.& ibi etiam Odofre.alijq; prædicti ſcripſerũt. & tex.in.l.ſi ſeruum.1.& in.l.ſi rem.§.ſi duplę.& in.l.ſi mancipium.in prin.eo.titu.de euictio.& in.l.licet.de dote prælega.& in.l.tenetur.§.ſi tibi.de actio.empti.& vtrobiq; Dd. notant.Bar.in.l.qui Romę.§.duo fratres.in.1.quæſtio.quem ibi ſequuntur Alberi.nu.11. Angel.in repetitio.col.vj.poſt medi.ver. in eo autem quod dixit.Pau.de Caſt.nu.7.col. iiij.in fi.Imol.col.5.in prin.Alex.nu.33.Iaſ.nu.35.& Ripa.nu.43.de verbo.obliga.Matthę. de Afflic.ĩ.c.j.§.rurſus ſi fidelis.nu.28.ver.nonus.& nu.49.ver.trigeſimo.quibus mo.feu. amita.& in.c.j.in prin.nu.8.de inueſ.de re alie.facta.Alex.conſ.21.viſo compromiſſo.nu. 5.ver.ſecundo principaliter. li.v.Soci. conſ.31.viſo teſtamento.nu.7.li.iiij.& Caro.Rui. conſ.146.in facto.nu.2.ver.ſed præmiſsis.lib.j.& conſ.7. Primo videndum. nu.19.ver.& quòd Ioannes.lib.iij.

Et id quidem † ea ratione,quam poſuit glo.in.d.l.ſi rem.§.ſi duplę. Quoniam damnũ, 259
quod quis ſuo facto vel culpa ſentit,ab alio non recuperat.l.ſi poſtq̃. de peculio. ibi nec ſuccurrẽdum tibi eſſe,culpa enim tua id accidiſſe q̃ ſeruum vẽdidiſſet.& l.quod in hæredem.§.ſi.de tributo.l.ij.§.ſi quis tamẽ.ſi quis cautioni.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.& l. de die.§.ſi.qui ſatis.cogan.l.ſicut.in prin.C.de actio.& obli.l.j.§.ſi omnes.in fi.de ventre inſpici.§.item tria.de excu.tuto.& l.ſi hominem.de ædili. edic.l.j.§.ſi reus. & l.ſi.§.ſed ſi ſtipulator.de eo per quem factum erit.& l.j.§.quod autem.quorum legato.vbi libelli in certitudinẽ alteri is obijcere nõ poteſt,qui cauſam præbuit incertitudini. Ad idem glo. in.l.j.§.ſi.aliâs eſt in.l.ij.quando actio de pecu. eſt anna. vbi qui erroris cauſa fuit, errorẽ ipſum alteri nõ poteſt opponere. Et tex.in.l.cum proponas.C.de nauti. fœnore.& in.l. qui officij.§.ſi.de contrahen.emptio.quibus probatur illum,qui in ſe periculum oneris aduerſi vel caſus fortuiti ſuſcepit,non teneri,ſi caſus eiuſmodi dolo vel facto creditoris acciderit.per quæ duo vltima iura ſcripſit Hipoli. de Marſi. conſ. 89. in cauſa & lite.nu. 20.q̃ ſtatutum generaliter tollens omnes exceptiones, nõ tamẽ eas tollere intelligitur, quæ ex facto aduerſarij agentis proceſſerunt: Quemadmodum etiam ſecũdum eum renuntiatio omnium exceptionum prędictas exceptiones nõ includit ex ſentẽtia Roma. quem ipſe allegat conſ.472.in eo quod quæritur.ante fin.

Hinc † Tiraquel.(licet de prædictis non memoret) de retractu.titu.j.§.j.glo.9.nu.34. 260
concludit,q̃ ſi cõſanguineus ex licentia illius conſuetudinis retraxerit ab emptore rem vẽditam,nõ committitur ex eo ſtipulatio euictionis:hanc q; inter alias notat rationem, quoniam ea euictio ſeu ius retrahendi cauſatur ex perſona emptoris, vt pote qui extraneus cum fuerit,retractui cauſam præbuit:qua de cauſa non poterit tunc emptor aduerſus vẽditorem de euictione habere regreſſum. Et amplius ſubdit idem Tiraquel. Quin etiam ſi ex perſona,vel facto vtriuſq;, ſcilicet tam emptoris q̃ venditoris res euincatur

adhuc non debetur euictio.l.ſed etſi. cum ibi nota.de euictioni. Cui tamen circa hoc vltimum addendum eſt, ꝙ in dubio, quãdo ſcilicet non cõſtat ex cuius facto emptoris ne, an véditoris euictio fuerit ſubſecuta, glo.in.d.l.ſed etſi.varias opiniones refert.ſed Alberi.in.l.Lucius.in prin.eo.titu.eo caſu cõcludit, præſumendum eſſe euictionem ex cauſa vtriuſq; pro ſolido contigiſſe: ita vt tanꝝ in pari cauſa abſoluẽdus ſit vẽditor de euictione.arg.tex.in.l.ſi quis argentum.de excep.rei iudi. Quod idem in ea.l.Lucius. poſt Iaco. Butri. expoſuit Rapha. Fulgo. nu.3. dicens eam eſſe communem diſtinctionem.

261 Quanꝝ † in ſpecie noſtra certum ſit, euictionis cauſam finalem ex facto dicti Don Ioannis de Torrellas ſolum procedere, cuius auctoritas, conſenſus, & negligẽtia (quæ ad eius excluſionem ſupra in tertio dubio conſiderata fuerunt) ſi defeciſſent, nihil iuris in Vicecomitatu de Roda nec Don Franciſcus de Perellos, nec Donna Graida de la Nuça, neq; eius ſucceſſores obtinuiſſent, nec modo obtinerent: Ea vero cauſa finalis iudicatur, qua adempta tollitur etiã effectus, vt notatur in.c.cum ceſſante.de appella. Bal. conſ.340.& præmitto.nu.4.ver.porro omnis cauſa.li.iij.Corne.conſ.101.viſis actis. nu. 17.ver.verum eſt.li.j.& Soci.conſ.183.Elegãter.nu.3.ver.poſtremo.& conſ.26. Quoniã. nu.4.ver.ex quibus.li.iij. Neq; de facto aliquo dictæ Donnæ Francinæ ad effectum præ dictum eſt neceſſaria habenda cõſideratio, quæ obligationem propriam iuxta ordinationem Don Franciſci de Fenollet patris ſui perſoluit, hæreditando, ſeu conſentiendo adiudicationi dicti Vicecomitatus Don Franciſco de Perellos eius filio ex cõpromiſſo factę. Quinimo licet non cõſenſiſſet, & dictus Don Franciſcus de Perellos ante exiſtentiam cõditionum, ſub quibus in dicta ordinatione vocatus fuerat deceſsiſſet, ius nihilominus integrum, & ſpem firmam fideicommiſsi ſeu vinculi conditionalis, ex ordinatione prædicta, & ita ex cõtractu deſcẽdentis certo iure ad hæredem dictam videlicet Donnam Graidam de la Nuça tranſmiſiſſet. §.ex conditionali. de verbo.obliga. Inſtitu. Iaſ.in.l.ſi ſic ſtipulatus.la.2.nu.15.de verbo.obli. & Corne. conſ.259. Quæritur à me. nu. 14.li.j.cum concordantibus. Quanto magis quoniam licet euictionem ex permixto facto proceſsiſſe quis velit, adhuc tamen tanꝝ eis in pari cauſa exiſtentibus, caſum hunc (vt ſupra oſtendimus) promiſsio euictionis minime comprehenderet.

262 Quibus † tandem accedit, ꝙ in facto de quo tractatur euictio cauſam & originẽ trahit à voluntarijs compromiſsis per dictum Don Ioannem de Torrellas & de Gurrea firmatis, emologatis, atq; ratificatis: Ex communi autem ſentẽtia venditor eiuſmodi euictionem emptori nunꝝ præſtat, quæ ex vi arbitralis ſentẽtiæ ex cõpromiſſo per ipſum emptorem firmato late ſecuta fuerit: iuxta tex.notabilem in.l. ſi dictum.§. ſi compromiſero. de euictioni. glo.in.c.fi.in ver.inſtitutum. circa fin.& ibi. Andræ.Sicu. & Anto.de Burgos. poſt alios. de emptio.& vendi. Matthæ.de Afflic.in.c.j.§.rurſus.nu.30.ver.vndecimus. quibus mo.feu.amita.& Iaſ.in.l.ſi domus.§.de euictione.nu.12.de lega.1.

263 Circa ſecundam † particularem huiuſce dubij quæſtionem, in qua (poſito ꝙ eo tempore dicta Donna Francina ius libere diſponẽdi de Vicecomitatu de Roda ex vi prætenſi vinculi, de quo in Quarto principali dubio, vel aliũde habuiſſet) eiuſdem in ſolutum dationis validitatem diſcutiendam fore propoſuimus, quilibet prima cõſideratione duceret reſpondẽdum, ꝙ cum in ſuperiori ex ſolo defectu iuris ad inanem effectum dictę in ſolutum dationis inferendum, deſumptum fuerit fundamentũ, ſi quidem ius dicti Vicecomitatus liberũ penes dictam Donnam Francinam tunc fuiſſe concedatur, pariter fatendum erit, ceſſante cauſa impediméti, ſcilicet defectu iuris, ceſſare etiam impedimentum ad irritandam in ſolutum dationem prædictam conſideratum, argu.l.ſi chorus.§.penul.& ſi.de lega.iij.& l.liberorum.§.Pomponius. de his qui no tan. infamia. cum vulgat.

264 Cæterum † perſuaſiua ſane ratione is moueri videretur, ſi eo ſolo morbo affecta eſſet dicta datio in ſolutum: alio tamen letifero extrinſecus laborat, à quo nulla peritorũ arte liberari poterit, falſitatis videlicet, & expreſsi cauſarum erroris, ex quibus eam dationem in ſolutum aſſeritur proceſsiſſe. Ad cuius rei explicationem prænotandum eſt, magis ſemper facti cauſam attendendam, atq; conſiderandam eſſe, q̃ ipſum factum. l.verũ. la.ij.de furtis. l.cum tale.§.ſi.de cõdi.& demonſ. c.intelligẽtia.& ibi glo.in ver. ex cauſis.

de verbo.

de verbo. ſigni.c.etſi Chriſtus.§. quædam.vbi etiam glo. de iureiur.c.fi. de tranſactio.c. dilecti.el.1.& ibi glo.in ver.ex cauſa.de accuſatio.& glo.in.l.legata inutiliter. de adimē. legat. Quoniam quicquid ex cauſa cōceditur, ſecundum illam regulari debet,vt inquit Bulgari.in.l.j.col.25.ſolu.matri.& late Neuizan.in Sylua nuptia.li.j.nu.199.& ſequen.

Qua ratione † certum redditum cōtractum nullum & irritū eſſe iudicādum, quotiēs illius cauſa finalis falſa & erronea reperitur.l.neq; profeſsio.C. de teſtamen.l.nec apud. & ibi Bal.C.de hære.inſtitu.l.eam quā.vbi Pau.de Caſt.col.ij.C. de fideicōmiſ.l.neq;.§. ſi ſeruum.de teſta.mili.l.j.C.de condic.ob cauſam.l.tale pactum.§.fi.de pactis.Bal.in rubri.de cōſti.pecu.col.1.Rapha.Cuma.conſ.23.Hengelbertus. in fi.vbi ſcripſit, non valere donationem propter errorem in cauſa finali ipſius.& late Deci.in conſilijs infra proxime allegandis & Paul.Pariſ.conſ.12.tranſactio.nu.97.lib.ij.Quod amplius generaliter in quacunq; diſpoſitione,vt ob cauſę falſitatem vitietur,notauit Aymon.conſ.258. efficaciora.nume.12.auctoritate Cardina.conſ.96.videtur ꝙ vnio.in princi. Pet. de Ancha. conſ.208.Iudex.nu.11.in fi.& Decij.conſ.233.viſo tenore.nu.3. 265

Specialiter † autem prodidit tex.in.l.cū putarem.familiæ Hercis.diuiſionē factam cū aliquo tanq̄ cohęrede,qui tamen cohęres non erat,retractari debere: & idem tex.in.l.ſi poſt diuiſionem.C.de iur.& facti igno.per quem notat ibi Paul.de Caſt. ꝙ diuiſio facta cum hærede putatiuo,tanq̄ vero,ſiue errore iuris,ſiue facti nō nocet: & facit etiam tex. in.l.maioribus.C.cōmu.vtriuſq; iudi. & in.l.ſi ſoror.C.de collatio. Et notauit idē Paul. de Caſt.in.l.fi.§.idem quęſijt.de cōdic.indebi.vbi per illū tex. refert ſe cōſuluiſſe in caſu quo fratres inter ſe diuiſerāt æqualiter bona fratris præmortui, & promiſerant in plena forma nō cōtrauenire,ꝙ ſi quidem poſtea appareat,bona eiuſmodi ad alterū ſolūmodo fratrem,vtpote ex vtroq; latere cōiunctum pertinuiſſe,talis diuiſio errore facta nullius momēti cēſenda erat,nō obſtāte pacto de nō cōtraueniendo. Quam deciſionē ſecutus fuit Deci.varijs in locis,& præſertim conſ.180.viſa renuntiatione. nu.2. in fi.col.3. circa medi.ver. renuntiauit ergo. & conſ.203.vt vera.nu.7.ver. & ad ſupradicta. & conſ. 206. Quæritur.nu.1.Sed additur,ꝙ ita,vt aſſeruit,vere conſuluit Paul.de Caſt.conſ.125.Dubitatur primo.nu.5.in.6.dubio.& conſ.377.nu.2.li.ij.Et notanter etiam Bal.conſ.386.Proponitur ꝙ frater.lib.j.Pet.de Ancha.conſ.291.ſuper pluribus.nume.6. & Alex.conſ.168. Ponderatis narratis.in princi.lib.v. 266

Vnde † Andrę.Sicul.conſ.55.Præclare ſcribitur.col.penul.ver.cum ergo.li.ij.reſpondit,ꝙ diuiſio facta cum aliquo tanq̄ hęrede.qui re vera nō erat heres,ſed fideicommiſſarius,ex ea falſa cauſa vitiatur,per tex.in.l.ſi ex falſis.C.de tranſac. Et ſubdit non obſtare iuramētum ad confirmationem ipſius diuiſionis interpoſitum, quoniā illud non debet eſſe vinculum iniquitatis.c.nō eſt obligatorium.de regu. iur.in.vj.ſed debet eſſe fundatum ſuper veritate:cum tres comites requirat veritatem ſcilicet,iudicium, atq; iuſtitiā. autē.quod eis.cum glo.C.de ſecun.nupti.&.c.etſi Chriſtus. de iureiur. Cuius ſentētiam confirmat Deci.conſ.351.In caſu.nu.4.&.8.quem ſupra ad hoc alibi allegauimus,ꝙ iuramento ſemper ineſt tacita cōditio,ſi vera ſunt,quæ ponuntur: quæ quidem tacita conditio deficiēs adeo iuramenti vires eneruat (ſecūdum eum) vt neq; ipſius relaxatio,ſeu abſolutio ſit neceſſaria,ex ſententia Bal.in.l.fi.in prin.C.de non nume.pecu. 267

Sed vt † ad principale intētum reuertamur,Accedit prædictis quod ex.l.fi. de conſti. pecu.& auctoritate Bal.in rubri.eod.titu. col.1.in fi.ver. deinde venio ad cauſam. infert Deci.conſ.475.in cauſa quæ Mantuę.nu.30.cōſtitutum ſcilicet factum ex falſa cauſa nullius eſſe momenti,etiamſi conſtituens eam veram eſſe aſſeuerauerit, neq; quicq̄ eiuſmodi aſſertionem erroneam operari.Et quod tradidit idem Deci.cōſ.600. Et inſpecto. nu. 7.cum ſequenti.Et Roma.conſ.517.in caſu.nu.23.dicens,ꝙ quandocūq; aliquis falſo exiſtimat,ſe ad rei alicuius præſtationem obligatum, atq; ex cauſa ipſius putatiuę obligationis,vel in ſatisfactionem illius cōtrahit, ſiue quietationem facit, error cauſę contractum ipſum inutilem reddit,& ipſo iure ſi per ſimplex pactum quietatio facta fuerit: ſi vero per ſtipulationem,ope replicationis doli. Quod iterum repetit idem Roma.conſ. 520.circa propoſitam.col.fi.nu.14.ver.his tamē. Amplius tamen reſpondit Oldra. conſ. 214.Factum tale eſt in inſtrumēto.in fi. ꝙ adeo quietatio per errorem etiam iuris facta 268

non no

non nocet,quãdo agitur de damno vitando, vt ea ipſo iure nulla indiſtincte iudicari debeat:quoniam error iuris impedit obligationem cõtrahi.l.ſi quis poſtq̃. de fideiuſſo.l.vidẽdum.de lega.1.&.l.cerdonem.de operis liberto.Quorum omnium ratio in promptu eſt:Nam cum conſenſus obligationum ſubſtantia nuncupetur in.l.obligationũ ſubſtantia.de actio.& obli.per Bal.conſ.326.Rex Romanorum.nu.2.li.j. & vt ſæpe dictum fuit, ad actus perfectionem nedum potentia, verum etiam voluntas & conſenſus deſideretur:certum eſt non poſſe actum errore geſtum ſubſiſtere,cum errãtis etiam in iure nullus ſit conſenſus,quinimo nihil tam contrarium ſit conſenſui,q̃ error,qui imperitiã detegit.l.ſi per errorem.de iuris.omni.iudi.cum vulgat.

269 Nec quicq̃ † quotiens de errore conſtat,proſunt illa verba ab errante prolata,ſeu potius quę communi ſtylo notariorum in contractibus ſcribi ſolent,ſcilicet,conſulto,deliberate, ex certa ſcientia, & non per errorem, & his ſimilia,vt notant Bar. Bal. Angel. Alex.& Moder.in.l.ſed ſi quis.§.ſi.ſi quis cautio.idẽ Alex.in.l.qui Romæ.§. duo fratres. nu.54.in fi.de verbo.obli.& in.l.ſi dari.poſt Bar.eo.titu.Soci.conſ.214.In cauſa Onofrij. nu.5.ver.ſed iterum.li.ij.& conſ.72.difficultatem.nu.4.lib.iij.& Paul.Pariſ.d.conſ.12.nu. 82.li.ij.Et inſuper ad horum confirmationem ea ſunt memoria repetenda,quæ ſupra de contractibus reſpectiuis,qui nec diuerſo iure cenſeri,nec claudicare debent:& de ratione atq; cauſa finali,qua ceſſante ceſſat effectus diſpoſitionis:& de præſuppoſito diſpoſitionis,quod niſi verificatum fuerit,diſpoſitio locum habere non poteſt,atq; alijs huiuſmodi in Quarto principali dubio ſcripta fuerunt.

270 Quibus ita † præſuppoſitis,conſiderandę ſunt cauſæ ex quibus prætẽſam in ſolutum dationem proceſsiſſe ex ipſius eiuſdem præfationibus euidẽter colligitur. Quarum Prima & principalis fuit diſpoſitio donationis per Don Franciſcum de Fenollet de Vicecomitatu de Roda Donnæ Francinæ eius filiæ factę, cum vinculo & conditione, ꝙ filium primogenitum ex ea naſciturum de eo hæreditare teneretur, vt in facti narratione prẽmiſſum,& in primo principali dubio explicatum fuit.Ex cuius ordinationis vi & neceſsitate obligatam ſe & aſtrictam eſſe aſſerit dicta Donna Frãcina ad ceſsionem ſeu in ſolutum dationẽ de eo Vicecomitatu dicto Don Ioãni,quem de Gurrea,de Perellos, & de Torrellas appellat,tanq̃ filio ſuo primogenito faciẽdam.Cæterum huiuſce cauſæ falſitas ſiue error notorius eſt,& facile deprehenditur ex his quę circa Tertij principalis dubij reſolutionem ſcripta fuerunt,atq; etiam ex præcedentis Quinti dubij concluſione.Nulla enim actio ſupereſſe poterat dicto Don Ioanni ex cauſa prædicti vinculi & ordinationis poſt tot renuntiationes, & tranſactiones ſubſecutas, & per eum firmatas, iuxta tex.notabilem.in.c.1.de tranſactio.quem ibi docto.cõmu.valde commendant,cui concordant tex.in.l.cum mota.in.l.cauſas vel lites.in.l.fratris.in.l.ſub prætextu. in.l.nec intentio.& in.l.q̃uis.C.de tranſactioni. etiam ſi fateremur ius dicti Vicecomitatus ad dictam Donnam Francinam redijſſe,vt eſt tex. ſingularis in.l.ſi.C. de remiſsio. pigno. dicens,Indignum eſſe,eum qui ſemel cõſenſit alienationi rei ſibi hypothecatę,& hoc modo ius ſuum reſpuit,eandem rem etiam ſi ad priorem dominum redierit, vendicare,vel tenentem inquietare,& ibi Bar.Bal.& Sali.notant & ſingularem appellant.

271 Et generaliter † affirmari ſolet, ꝙ remittẽtibus iura ſua non eſt vlterius ad ea dandus regreſſus.l.quęritur.§.ſi venditor.de ædili.edic.l.ſicut.§. ſi voluntate. quibus modis pig. vel hypo.ſolua.l.ſi fundus.§.1. de pignori.l. poſtq̃ liti.C.de pactis.l.ſi ſine.C. ad.s.c. Velleya.l.cohęredi.in princi.quis ordo in bono.poſſe,ſerue.l.mater.§.ſi autem poſtea.C. de rei vendi.c.quam periculoſum.c.hoc nequaq̃.&.c.eos.7.q.1.c.Titius.ſi de feu. fue. contro.inter domi.& agna.&.c.1.§.1.de aliena feu.pater. Alberi.in.l.iuriſgentium.§. ſi paciſcar.nu.4.de pactis. Signorol. de homo.conſ.75.nu.8. Fulgoſi. conſ.192.col.1. Anchara. conſ.375. poſt nu.1. Roma.conſ.326.nu.2. & conſ.369.nume.16.& Corne.conſ.170. in fi. & conſ.268.ante nume.8.lib.iiij.

272 Rurſus † ex alio in eadem cauſa manifeſtus error dictæ Donnæ Francinæ conuincitur:quæ voluntati & ordinationi Don Franciſci de Fenollet patris ſui ſatisfactum fuiſſe exiſtimauit,modo ipſe Don Ioannes filius primogenitus nomen de Perellos permixtum cum alijs nominibus de Gurrea,& de Torrellas aſſumeret:cum tamen ea fuiſſet voluntas &

luntas,& ordinatio dicti Don Frãciſci de Fenollet,vt filius primogenitus dictę Donnæ Francinæ non aliâs, q̃ nomine & armis de Perellos abſq; aliqua alia mixtura aſſumptis admitteretur, ſeu de dicto Vicecomitatu hæreditandus eſſet, quemadmodum in facti narratione,& nu.82.declaratum fuit.

Secunda † cauſa,quæ in eadem in ſolutum datione præmittitur, obligatio ſcilicet ad 273
quantitatem ſex mille ducatorũ, qua tenebatur dicta Donna Francina (vt aſſeritur) dicto Don Ioanni eius filio, pro æſtimatione ſpolij,& bonorum mobilium, quæ fuerant Don Petri de Torrellas pręmortui ipſius patris,& ad ipſum Don Ioannem, tanq̃ hæredem vniuerſalem dicti Don Petri patris ſui pertinebant, & ſpectabant, falſa etiam atq; erronea videtur ex eo, q̃ ſæpius in ea dictus Don Ioannes hæres vniuerſalis dicti Don Petri patris ſuis nominatur: cum tamẽ certum ſit ipſi Don Petro inteſtato defuncto nõ ſolum prædictum Don Ioannem eius filium q̃uis primogenitum,ſed & alios eiuſdem filios tam maſculos,q̃ fœminas,qui (vt dicitur) fuerunt numero quinq; ęqualiter ſucceſſiſſe,vt in auten.de hære.ab inteſta.venien.poſt princi.cum ſimili.

Tertia † inſuper cauſa ſupponitur, propter expenſas & labores quos dictũ Don Ioan 274
nem ſuſtinuiſſe aſſeritur occaſione litis, quæ tunc inter eos ex vna, & filios & hæredes Philippi Albert parte ex alia ſuper eo Vicecomitatu vertebatur. Quæ quidem cauſa ratione incertitudinis nullius effectus iudicari debet.Enimuero cum in ſolutum datio vẽditioni æquiparetur.l.ſi prædium.C. de euictio.l.eleganter.in prin. & ibi Paul. de Caſt. nu.2.de pigno.actio.Iaſ.in.l.certa.§.ſed ſi parauerit.de legat.1.Bal.conſ.289.Antonia.nu. 1.li.ij.Cuma.conſ.29.Quidam.ad ſi.Fulgo.conſ.137.Quia ex facto.in fine primi quæſiti. & Roma.conſ.450.Preſentis.nu.2.cum ſimili.ſuccedit concluſio, q̃ quẽadmodum venditio ratione incertitudinis pretij vitiatur.§.pretium.inſti. de emptio.& vendi. Bal.in.l. contractus.nu.8.C.de fide inſtru.allegans Azonem,& eum vas electionis & fontem legum appellans,in ſumma inſtitu.de locato.& Iaſ.in.l.ita ſtipulatus.nu.12. de verb. oblig. ita etiam non valet in ſolutum datio,quando fit pro quantitate incerta, vt infert Caro. Rui.conſ.136.Primo vidẽdum.nu.6.li.j.ex ſententia Bar.in.l.à diuo Pio.§.ſi pignora.quẽ ibi ſequitur Angel.de re iudica.& innuit Bal.conſ.122.vtrum.nu.1.poſt prin.lib.iij. dum tria ad validitatem in ſolutum dationis ſcripſit deſiderari, menſuram ſcilicet, debitum, & declarationem,hoc eſt, q̃ in ſolutum datio facta ſit pro menſura debiti declarati. Et licet opinionem Bar.in eodem.§.ſi pignora.reprobare videantur Imol. Cuma.Paul. de Caſt.Alex.& Iaſ.non tamen vt velint,& contendant ipſi, incertitudinem debiti non viciare in ſolutum dationem: ſed ſolummodo controuerſia eorum in hoc conſiſtit, an in ſolutum datio ſimpliciter facta ad debitum antea per iudicem liquidatum ſit referẽda, & eo reſpectu tanq̃ pro certo debito facta ſuſtineatur: quod negauit Bar. & poſt eum Angel.Cęteri vero præallegati affirmarunt,vt docet ibi Iaſ. nu.7.omnes autem in effectu conſentiunt,nullam eſſe in ſolutum dationem, quæ neque pro debito liquido facta fuerit,neq; ad debitum liquidum per ſententiam vel aliâs referri poteſt, vti neutrum in hac de qua tractatur conſiderari valet.

Eodemq; † pariter incertitudinis morbo laborat Quarta & finalis ſeu vltima cauſa 275
prætenſę dationis in ſolutum, Generalis videlicet benemeritorum cõmemoratio, quæ dicuntur impenſa per dictum Don Ioannem de Torrellas dictæ Donnæ Francinæ eius matri in ſolutum danti,& aliâs.Per quam generalem & incertam meritorum expreſsionem vera ipſorum exiſtentia non probatur, neq; ob eam donatio remuneratoria exiſtimari poteſt, certa ratione. Etenim vt donatio remuneratoria appellari poſsit neceſſe eſt, q̃ merita ſint æquiualentia rebus donatis,Ioan.Andrę.in addi.Specu.in Rubri.de rebus eccleſiæ non alienan. Bar. in.l.ſi quis pro eo.§.item ſi filius.ad ſi.de fideiuſſo. & in.l. frater à fratre.col.ſi.in.6.quæſt.& ibi Moder.de condic.inde.idẽ Bar.in.l.ſi tibi.§. pactus. de pactis.& in auten.vnde et ſi parens.vbi Bal.& Iaſ.C.de ino.teſta.Bal.& Sali.in.l.illud. C.de ſacro.eccle.& Deci.conſ.174.Et pro tenui.poſt princi.ver.præterea.cum multis ſimi.Cæterũ illud nulla ratione diſcerni,& diſiudicari poteſt,an ſcilicet merita ſint æquiualentia donationi,niſi de meritis ſit facta ſpecifica & expreſſa mentio, ita q̃ de eorum certa æſtimatione appareat: ergo neque donatio remuneratoria dici,nec æquiualentia

merita ex generali prædicta assertione probata censeri poterunt, nisi aliunde de vera & competenti meritorum existētia certa probatio proferatur, quemadmodum in puncto respondit Socin. conf. 295. In causa. nu. 8. ver. Quartus casus. lib. ij. vbi debet (inquit) de meritis constare, aliâs assertio esset dubia & obscura, & sic non releuaret. l. vbi autem. §. qui illud de verbo. obliga. l. cū incertis. de legat. 1. & l. fi. C. de anna. exceptio. Cuius sententiam contra Iaso. & Deci. defendit Tiraquel. in l. fi vnq̃. in ver. donatione largitus. nu. 81. & 85. cum sequē. C. de reuocan. donatio. hac inter alias ratione, præter eam quam supra notauimus. Quoniam huiusmodi generales meritorum assertiones magis ex quadam cōmuni consuetudine, & stylo notariorum apponūtur, q̃ ob veram & coæqualem meritorum existētiam, & magis ad colorem & honorem quendam, q̃ ad veritatem: & ideo perinde habendę sunt, ac si appositæ nō fuissent, arg. l. quod vēditor. cum ibi nota. de dolo. & l. fi quid venditor. cum. l. sequen. in prin. de edili. ędic. & quod scripsit Oldra. conf. 5. Titius dedit. in fi. quemadmodum etiam de generalibus renūtiationibus multorum auctoritatibus firmat idem Tiraquel. in ea. l. fi vnquam. in prin. nu. 122.

276 Et quanq̃ † aliquæ ex causis prædictis verificari possent, nihilomagis sustineretur prętensa in solutum datio, cum certum sit eas rei in solutum datę æquiualentes censeri nulla ratione posse. Nam licet si regulam sequamur, vna ex pluribus causis cessante, alia vero subsistente sustineri debeat dispositio, ex vulgato. §. affinitatis. insti. de nupti. cuius ratione infert Inno. in. c. in præsentia. de renuntia. ꝙ non sufficit ad sententiam irritandam quasdam ipsius causas falsas atque erroneas demonstrari, si vna saltem ex expressis veritati consona reperiatur, vt refert, & singulare atq; apud legistas ignoratū dicit Imol. in. l. si plagij. nu. 2. de verbo. obliga. & ibi Alex. nu. 3. Roma. in. l. fi is ad quem. nu. 11. de acquirere. & in. l. 1. §. fi stipulanti. ad fin. nu. 50. de verbo. obli. & est communiter approbatum secundum Alex. in. l. impossibilis. eo. titu. & in. l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 50. eo. titu. de verb. obli. Illa tamen regula procedit, quotiens vnaquæq; causa de per se, vel ea quæ vera reperitur, tanq̃ finalis considerari potest, ita vt ex se, & absq; aliarum concursu potens esset, ad dispositionis effectum producendum. Excipitur autem casus contrarius, quādo nō particulariter in qualibet causa, sed in omnibus simul expressis dispositio fundata est: requiritur enim tunc omnium veritas & cōcursus, adeo ꝙ vna deficiente nihil actum iudicatur. c. quoniam frequēter. §. porro. iuncto. §. fi autem. vt lite non contesta. explicat ex eo Abb. in. c. cum cessante. nu. 1. in. 1. notabi. & ibi Deci. nu. 5. ver. limitatur. de appellatio. vltra quem notat idem Abb. post glo. in. d. §. porro. in fi. dicens esse notādum. & conf. 70. id de iure. nu. 1. ver. tertio probatur. li. ij. & Iaſ. in. l. in testamēto. nu. 14. col. 12. ver. tertio facit. C. de testa. militis. & late Neuizan. Sylue nuptia. li. j. nume. 208. ver. istam limitationem.

277 Quod † amplius in contractu in solutum dationis præ cæteris expeditum & compertum est, ad cuius validitatem desideratur, ꝙ ipsa datio in solutum pro æquiualenti vel maiori summa debiti facta fuerit: Aliâs enim si pro debito pecunię debitor credēs falso plus esse debitum, volenti creditori dederit in solutum rem maioris pretij, q̃ verum debitum ascenderet, vitiatur in totum contractus, iuxta tex. qui secūdum Paul. de Cast. alibi non ita clare reperitur, in. l. fi non sortem. §. fi centum. de condic. inde. dicens. Si centum debēs, quasi ducenta deberem, fundum ducētorum solui, competere repetitionem Marcellus, li. xx. digestorum scribit, & centum manere in stipulatione. Licet enim placuit, rem pro pecunia solutam parere liberationem, tamen si falsa debiti quantitate maioris pretij res soluta est, non fit confusio partis rei cum pecunia, nemo enim inuitus cō pellitur ad communionem: sed & condictio integre rei manet, & obligatio incorrupta. hæc ille tex. vbi Bar, circa medi. tene ergo (inquit) multum menti pro donationibus in solutum, quæ fiunt tota die, vt si in aliqua parte sit datio in solutum plus debito, tota vitietur, & corruat. Quod ibidem approbās Pau. de Cast. nu. 2. his verbis vtitur. Nota primo casum quotidianum, quando aliqua res datur in solutum per iudicem, vel per partē pro maiori debito q̃ debeatur, etiam vno nummo, vel aureo, vt quia tenebar tibi in decem, & putabam me teneri in vndecim, & pro vndecim dedi rem insolutum, vitiabitur datio in totum: quia potest res repeti, & obligatio prima remanet incorrupta. Et istud

non ha

non habetur ita benē alibi: & tenē menti quia eſt vtiliſsimum, & quotidianum. Sis ergo cautus in vitādo ne in aliquo erratum ſit in tali donatione, ſi vis eam reſidere. hactenus Paul. de Caſt. Quēadmodum etiā in eodē. §. ſi centū. notarunt Angel. nu. 1. dicēs, de hoc ibi eſſe caſum rotundū. Fulgo. Alex. nu. 2. & Iaſ. nu. 1. idē Iaſ. in. l. 1. §. ſed ſi mihi. nu. 7. in fi. ver. Quarto limita. poſt alios. de verb. oblig. & ibi Alciat. nu. 22. ver. Aduerte tamē. Pau. de Caſt. in. l. ſi quis aliam. nu. 4. ver. Adde quartum. de ſolutio. Oldra. conſ. 37. Ad primā. circa fi. ver. imo forte. Bal. conſ. 496. tenor literarū. nu. 2. in. fi. ver. ſed hic occurrit. li. j. vbi dationem in ſolutum indiuiſibilem eſſe ſcripſit, adeo q̄ ſi pro parte corruat, nequeat in alia parte ſuſtineri, idem Bal. conſ. 223. proponitur. nu. 2. li. ij. Paul. de Caſt. conſ. 165. Viſis & ponderatis. nu. 5. lib. ij. vbi Tum quia (ait ipſe) ſi valeret inſolutum datio reperiretur facta pro maiori quantitate, q̄ eis deberetur: quoniam fuit facta pro tota ſumma debiti, & tamen tota ſumma prædicta non debetur eis, cum non ſint hæredes inſolidum credi toris, ſed vna cum illis pupillis, & per conſequens redditur nulla in totum. &c. Rapha. Fulgo. conſ. 172. viſis. col. 2. poſt medi. ver. hoc itaq; recepto. & conſ. 190. viſis toto proceſſu. col. 2. circa medi. dicens, Nec quenq̄ moueat, q̄ non ex toto falſa creditrix foret, quia ſaltem in libris centum vera creditrix exiſtebat. Quoniam ad conſtituendam irritam ipſam inſolutū dationem ſatis eſt, pro maiori debiti quātitate eam factam eſſe. &c. Deci. conſ. 487. Coram Magnificis. nu. 5. ver. videndum ergo eſt. & Caro. Rui. conſ. 136. Primo videndum. nu. 5. li. j. & conſ. 57. In quæſtione. nu. 3. li. v.

Nec tamen † defuerūt nonnulli, qui illud ſpeciali iure in datione in ſolutum iudicia- 278
liter decreta, non vero in conuentionali, de qua nos agimus procedere exiſtimarunt, vt ſequitur Paul. Pariſ. conſ. 81. conſultus. nu. 36. li. ij. allegans ita velle Paul. de Caſt. Alex. & Iaſo. in. d. §. ſi centum. Cæterum grauiter ipſe Pariſ. allucinatus fuit, quoniā Pau. de Caſt. contrarium expreſſe in eo tex. decidit, vt ex verbis ipſius ſupra ad literam relatis clare conſtat, dum dicit, per iudicem, vel per partem. &c. nec diuerſum ab eo cēſuit ibi Alex. Quinimo Iaſ. ex Dd. ſententia poſt diſputationem concludit idem eſſe in cōuentionali, ac in iudiciali. Et tādem hæc eſt opinio communis, vt ex præallegatis colligitur, qui vel indiſtincte, vel pro maiori parte etiam in extraiudiciali & conuentionali in ſolutum da tione loquuntur: & expreſſe communem teſtatur Caro. Rui. d. conſ. 136. nu. 5. li. j. Sufficit igitur & nobis ad prætenſę in ſolutum dationis nullitatē, eius primæ & principalis cauſæ manifeſtam falſitatem erroremq̄; docuiſſe.

Sed neq; † tandem tunc temporis ſtipulatio euictionis, alięq̄; eiuſmodi clauſulę, quæ 279
in ea in ſolutum datione deſcriptę reperiūtur, effectum aliquem habere poſſent, iuxta celebrem glo. in. l. ſi patronus. §. patronum. in ver. Fauiana. ſi quid in frau. patro. quæ reſciſo principali contractu, reſcindi etiam pactum euictionis, & pœnę, atq; cętera acceſſoria expreſſe exiſtimauit. Quam glo. ad id alij notabilem, alij auream, alij ſingularem, alijq̄; ſolēnem appellant, & plæriq; commendant, & ſequūtur, quos recenſuit Tiraquel. de iure conſtituti. parte. 3. limitatio. 7. nu. 28. & ſequen. Quemadmodum etiam ſecundū eum ibidem. nu. 26 ſi non valet principalis contractus, nec etiam valet cōfeſsio, vel gua rentigia, ſiue præceptum in eo appoſitum. l. fi. de cōſti. pecu. Bal. in. l. ſi abſentis. col. fi. C. ſi cer. peta. & in. l, in contractibus. in fi. princi. C. de non nume. pecu. cum multis ſimili. in d. nu. 26. per eum allegatis. Quibus additur, quo ad inſtitutū attinet, Rapha. Cuma. conſ. 29. Quidam Gionterius. in fine. vbi ſpecialiter reſpondit, q̄ quando in ſolutum datio vitiatur ratione erroris, vel falſę exiſtimationis & cauſæ, tunc neq; ipſe qui in ſolutum dedit, neq; eius hęres tenetur de euictione, vel ad rem defendendam, per notata in. l. cum alienam. C. de legat. & in. l. domus. §. 1. de lega. 1. Cui cōcors eſt ſententia Pet. de Ancha. cōſ. 291. ſuper pluribus. nu. 7. vbi ex iſtis (inquit) infertur, q̄ diuiſio fuit nulla per falſam cauſam, & ſic dominij tranſlatio impedita, & ſtipulationes de euictione, de defendēdo, & de non moleſtando veluti de appendicijs præambuli contractus inualidi non obligant, arg. tex. in. c. cum inter vos. de ſentē. & re iudi. in. l. non dubium. C. de legi. & in. cle. paſtoralis ad fin. de re iudi. hæc ille. Ac generaliter deniq; vbi eadem anullandi ratio militat, vitiato principali contractu, vitiatur etiam ſtipulatio euictionis tanq̄ acceſſoria, vt cōcludit Fabia. de Monte ſancti Saui. in tracta. de emptio. & vendi. in. xij. membro ſexte

partis principa.per ea,quæ notantur in.l.cum principalis. de regu. iur. & in.d.l.non dubium.C.de legib.cum vulgatis.

Et cum his finem dicendi facimus,ne longiori forſan oratione,quàm præſentis negotij exigat difficultas,Ampliſsimi Regij Senatus aures offendantur:cui pro certo credimus breuioribus verbis naturalem atq; noſtro iudicio ad inſtar ſolis præfulgentem iuſtitiam Don Ioannis de la Nuça inſinuari potuiſſe.

Laus Deo.

FINIS.

# INDEX, ET SVMMA BREVIS SENTENTIARVM OMNIVM, QVAE IN PRAESENTI CONSILIO CONTINENTVR.

## IN PRIMO DVBIO.

1 Eritas iuxta naturam aromatum quanto magis conteritur, tanto magis redolet,& clarior expulſis nebulis in lucem progreditur.

2 Donatio non exiſtenti in rerũ natura an fieri poſsit,declaratur.nũ.77.&.78.

3 Acquiſitio omnis duo extrema habilia requirit, à quo proficiſcitur, & in quem dirigitur.

Actuũ humanorũ effectus à duobus dependet,potẽtia ſcilicet,& volũtate.ibi.& nu.146.

4 Non entium nullę ſunt qualitates,neque potentiæ.

5 Deportatis & in metallum damnatis interdicta eſt acquiſitio, quia ſunt ſerui pœnæ, & pro mortuis habentur.

6 Qualitas non permanet ſine ſubiecto.

7 In omni acquiſitione duplex operatio requiritur,actiua videlicet diſponentis,& paſsiua acquirentis.

Actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito.

8 Non entis nulla eſt actio nullaq; paſsio,nullę ſunt ſpecies nec differentiæ,nullę ſunt cauſæ:Et quod caret eſſe,caret virtute & operatione.

9 Monaſterium vel eccleſia conſtruenda hæres inſtitui poteſt, & illi in teſtamento legata relinqui.

Non tamen donatio inter viuos,& qua ratione.

10 Pactum de ſucceſsione certo modo diſponenda valet conſentiente eo,de cuius hæreditate agitur:poteſt tamen talis conſenſus vſq; ad vitæ exitum ab eo reuocari.

Habet enim naturam ſupremi iudicij, quæ eſt,vt ambulatorium & mutabile ſit vſque ad mortem.

11 Diuiſio inter liberos à patre etiam inter viuos facta mutari per eum,& reuocari poteſt.

12 Pater,qui feudum pro ſe & liberis acquiſiuit,poteſt de eo in præiudiciũ liberorum diſponere.vide tamen.nu.35.&.79.

13 Ius proprio facto quæſitum fortius eſt q̃ alieno.

14 Conditio in fauorem tertij abſentis donationi appoſita contraria voluntate contrahentium reuocatur.vide tamen.nu.28.& multis ſequen.

15 Pactum in capitulis matrimonij conuentum, q̃ dos certo ordine ad naſcituros ex eo matrimonio filios deuoluatur, firmum & validum eſt.

17 Conuentio de futura ſucceſsione certo modo diſponenda valet, ſi non vniuerſam ſucceſsionem reſpiciat.

18 Præſertim fauore matrimonij.

19 Conuentio de hæreditate tertij viuentis valet in conſequentiam, vel propter neceſsitatem alterius contractus liciti.& nu.61.

20 Donatio inter virum & vxorem ſuſtinetur in conſequentiam.

Multa in conſequentiam permittuntur,quæ principaliter denegantur.

21 Conſuetudinis magna eſt auctoritas.

22 Conſuetudo reddit actum de illicito licitum,& contractum inualidum confirmat.

23 Pacta futuræ ſucceſsionis illegitima plærũq; per conſuetudinem legitimantur.

24 Conſuetudo & obſeruantia communis præſertim apud bonos viros remouet ſuſpitionem contractus.

Conſuetudo poteſt contractus probare & improbare.

25 Conſuetudo facit vt probationi & ſcripturæ aliâs inualidę plena fides tribuatur.

26 Si id de quo minus videtur ineſſe ineſt,ergo & id de quo magis.

27 Conditio in fauorem tertij abſentis donationi appoſita ex quibus cauſis reddatur irreuocabilis

cabilis.nu.27.& ſequentibus.

28 Declaratur auctoritas Ioan. Andrææ.

Natura dictionis (ſed) eſt aduerſari præcedentibus in iure & in facto.

Notatur ſententia Alex.conſ.204.lib.vij.

Tacens non contradicere ſed conſentire præſumitur in ſibi vtilibus.ibi.

Non ſolum homines, ſed etiam animalia ratione carentia vtilia appetunt, & nociua repellunt.

Interpretatio in dubio aptari debet ad frequenter contingentia.

29 Notantur Alex.& Iaſ.in.l.qui Romæ.§.Flauius.de verbo.obliga.

30 Ioannis Andrææ auctoritas magna eſt,& celebris. nume.30. vbi multa in eius commendationem.

31 Qui contra Bar.in.d.§.Flauius. & ſequaces ſenſerint iuri ex contractu tertio abſenti quæſito per contrahentes ipſos derogari non poſſe. nu.31.& duobus ſequenti. & nume.79. Quibus adde Roderi.Xuarez.Allegatio.19.incipi.ex duobus.pagi.iij.ver. per quam legem.vbi ſcripſit,q̃ iſtam concluſionem ſequuntur fere omnes ſcribentes contra Bar.

32 Inducitur Iaſ.ſibi contrarius in conſ.213.lib.ij.

33 Opinio doctoris in conſulendo præferenda eſt alteri,quam legendo ſuſtinuit:quia actus conſulendi eſt magis deliberatus.

34 Ius acquiritur liberis naſcituris ex conditione in eorum fauorem donationi appoſita.

Ius quæſitum alicui auferri non poteſt abſq; eius voluntate: cui regulę hęrẽdum eſt tanq̃ firmamento.ibi.& nu.56.

Damnum patitur cui ius etiam ex lucratiua cauſa quæſitum aufertur.ibi.& nu.226.

Conſilium ſeu voluntatem mutare nullus poteſt in damnum & iniuriam alterius.

35 Pater,qui acquiſiuit emphyteoſim pro ſe & liberis,non poteſt de ea diſponere in præiudicium eorum.Adde infra nu.53.

Opiniones magis communes in iudicando & conſulendo ſecutus culpari non poteſt.

37 Notarij ſtipulantes etiam pro abſentibus quorum intereſt,vel intereſſe poteſt, tam in iudicialibus, quàm conuentionalibus ius illis acquirunt non requiſita ceſsione,nec ratihabitione.

Quæ eſt communis opinio approbata per practicam totius mundi.

38 Quam doctores in conſulendo ſecuti fuerunt.

39 Et ſenatus Regij in iudicando.

40 Et procedit etiamſi generaliter tantum pro omnibus quorum intereſt, vel intereſſe poteſt concepta ſit ſtipulatio.

41 Ac etiam indefinite circunſcripta vniuerſali (omnibus)

Indefinita æquipollet vniuerſali.

42 Quid ſi tantum ſcriptum reperiatur in inſtrumento per notarium,ſtipulata & ſolemniter publicata.

43 Verba notarij cenſentur verba partium.

44 Mater vel aſcendentes per eius lineam regulariter deſcendentibus ſtipulari, nõ poſſunt, neque è conuerſo,declaratur ibidem.

Extraneus quilibet in re propria alteri iure ſtipulatur:Et in re ſibi debita:Ac etiam in re, quæ eſt futura ipſius ſtipulantis.

Mater ſtipulans emphyteoſim pro ſe & filijs ius ipſis etiam filijs acquirit.

45 Patri & aſcendentibus per eius lineam licitum,eſt filijs & deſcendentibus etiam nõdum natis ſtipulari.

46 Agnatio & familia per maſculos conſeruatur,non per fœminas.

Fœminę dicuntur caput & finis familiæ ibi.& nu.244.

47 Intereſt noſtra,q̃ diuitiæ apud filios & deſcendentes ex nobis maſculos conſeruentur.

Quoniam per eos noſtra efficitur æterna memoria.

Dignitas & honeſtas familiarum per diuitias conſeruatur,& abſq; illis ſordeſcit.

48 Publicę intereſt, vt maſculinam prolem concomitentur paternę & auitę diuitiæ,& facultates ſuas ſingulis agnationibus conſeruari.

Honores

Honores & onera publicorum officiorum ſolum ad virilem ſexum pertinent.
Intereſt reipublicæ, vt per potentiores, digniores, & ditiores eius officia regantur, & adminiſtrentur.
Publicæ vtilitatis ratione aliâs inhabiles pro habilibus habentur. ibidem.
Infertur noua limitatio, ad tex. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri.
49 Iuramentum operatur, quòd alteri quis ſtipulari poſsit.
Regula. d. §. alteri fallit interueniente iuramento.
Iuramentum ſufficit, vt quæratur ius abſenti, cui iuratum eſt, etiam ſi nullus pro eo ſtipulationem recipiat ibi. & nu. 75.
50 Notarius abſentibus etiam non dum natis ſtipulari poteſt.
Et hi non dum nati in generali ſtipulatione pro his quorum intereſt vel intereſſe poteſt includuntur.
51 Conditio ſtipulata per notarium vel vnum ex contrahentibus ad vtilitatem tertij abſentis reuocari non poteſt abſq; voluntate ipſius tertij.
Ita fuit deciſſum in Parlamento Burdegale. & in Italia per duos ſolennes doctores.
52 Et procedit etiam in abſentibus non dum natis: Et in generali ſtipulatione.
53 Pater de emphyteoſi ſimiliter ſtipulata liberis naſcituris in præiudicium ipſorum diſponere non poteſt.
54 Stipulatio eſt contractus nominatus.
In contractibus nominatis non eſt pœnitentiæ locus.
Stipulatio eſt firmior contractus, quàm reperiatur in iure.
55 Actus geſtus per negotiorum geſtorem non reuocatur pœnitentia ipſius etiam ante ratihabitionem principalis.
Pater vel alius ſtipulando pro liberis cenſetur ſtipulatus eorum nomine, & tanquam negotiorum geſtor.
56 Princeps non poteſt quenq̃ etiam ſubditum abſq; legitima cauſa iure quæſito priuare.
Neque etiam cum cauſa licet publicam vtilitatem concernente, niſi facta æquiualenti re compenſatione.
57 Paria ſunt quantum ad effectum irreuocabilitatis, q̃ ius ſit mihi quæſitum ex legitima alterius ſtipulatione, vel ex propria.
Ius quæſitum tertio ex propria ipſius ſtipulatione illi inuito auferri non poteſt.
58 Acquiſitio proueniens ex notarij ſtipulatione principaliter fieri dicitur beneficio & miniſterio legis.
Quando occaſione, vel ex contractu contrahentium per diſpoſitionem legalem eſt tertio ius quęſitum re, vel ſpe, recedi non poteſt ab eo contractu, ſine tertij ipſius cõſenſu.
59 Ius propter factum tuum mediante legis miniſterio mihi quæſitum à me inuito auocare non potes.
Pacto priori de non petendo non derogatur per ſequens de petendo in præiudicium fideiuſſoris.
Filius præteritus præiudicare non poteſt his quibus ſemel viam cõtra tabulandi aperuit.
Reconſiliatio ſequens non præiudicat iuri ad pœnam ex rupta pace conuentam tertio acquiſito.
Appellatus poteſt proſequi appellationẽ, non obſtante renũtiatione eius qui appellauit.
Dilatio obtenta à reo prodeſt etiam actori.
Nec poteſt reus ipſe renuntiando, vel aliâs impedire quo minus actor ea dilatione vti poſsit.
60 Matrimonij connexitas operatur irreuocabilitatem pacti ſeu conuentionis aliâs reuocabilis, quemadmodum & ipſum eſt irreuocabile. nu. 60. & ſequen.
61 Donatio cauſa mortis ſui natura reuocabilis redditur irreuocabilis, ob præcedentiã cauſæ, vel promiſsionis irreuocabiliter obligatoriæ.
Pactum nudum ex ſe inefficax veſtitur cohærenria legitimi contractus.
Contractus reſpectiui claudicare non debent, nec diuerſo iure cenſeri.
62 Cohærentia, cõnexa, & cõſequentia eiuſdẽ iuris habẽtur, cuius ſunt illa quibus adhæret.

Vnitorum vniformis debet eſſe diſpoſitio.

In ordinatis ad inuicem conceſſo vno,vel prohibito,idem eſt in alio connexo.

Actio vna propter cohærentiam alterius aſſumit naturam,& priuilegia ipſius.

Idem in perſonis: Quia pluribus clericis & laicis coniunctim delinquentibus, laici propter clericos fori priuilegio vtuntur.

Idem in rebus: Quia res laico communis cum eccleſia non præſcribitur etiam pro parte laici, niſi tempore.xl.annorum.

Nec res maiori communis cum minore præſcribitur durante huius minori ætate.

Adiuncti beneficio ſæpe quis conſequitur illud,quod ex ſe ipſo non poſſet.ibidem.

Inhabiles propter communionem,habilium gaudent beneficio.

63 Circa generalia ſermones ſunt faciliores:Circa vero ſpecialia veriores.nu.63.

Virtus non conſiſtit in dicendo multa,ſed bene in inducendo multa ex particularibus.

Maioricatus ſui natura per primum inſtituentem reuocabilis, ex lege tamen Regni Caſtellę, ſi inſtitutus fuerit ex cauſa matrimonij,reuocari amplius non poteſt.

Conſultus de quæſtione iure proprio non definita recte feciſſe cenſetur, ſi ſecũdum prę cipuam propriamq; altęrius gentis legem de ea re cauentem reſponderit.

64 Explicatur Conſtitutio Cathaloniæ Regis Petri. iij. in Curia Perpiniani. cap. 26. incipi. Aforagitar fraus.nu.64.& ſequen.& nu.101.& ſequentibus.

Donationi vel hæreditamento facto vel ordinato tempore nuptiarum derogari nulla ratione poteſt ex vi dictæ Cõſtitutionis.

65 Dictionis (quæcunq;) & ſimilium natura eſt,vt maiora expreſsis comprehendant.

66 Verba hæc (vel quæuis alia perſona) etiam improprias perſonas includunt.

Officium iudicis improprie actio nuncupatur:comprehenditur tamen appellatione cuiuſlibet actionis.

Iura improprie inter bona immobilia computantur: In ſtatuto autem de bonis quibuſcunq; ſiue mobilibus,ſiue immobilibus loquente, de iuribus quoq; actũ fuiſſe videtur.

Dictio (quæcunq;) propter generalitatem etiam ad improprios caſus trahitur.

Appellatione cuiuſcunque hæredis,etiam hæres improprie & ita legatarius continetur: Et cum de quibuſcunq; contractibus loquimur,etiam de abuſiuis dicimus.

67 Dictio (quicunque) vel ſimilis abſentes etiam complectitur.

Legis diſpoſitio ad frequentiores caſus eſt referenda.

68 Conſtitutio prædicta Cathaloniæ ſtipulationis interuentum non exigit.

Statuta,licet in dubio à iure communi regulentur, fallit tamen quando ex verbis & tenore ipſorum apparet, ſtatuentes iuri communi derogare, & ſpecialem conſtitutionem edere voluiſſe.

Verba, Ordenam,è ſtatuim,noui iuris promulgationem ſignificant.

69 Iuramenti magna eſt vis: Omne enim quod agitur tunc ſolidius ſubſiſtit, cum iuramenti hoc interpoſitio roborat.

Iuramentum eſt vinculum arctiſsimum,quo nullum arctius iure canonico & ciuili,quin etiam pagano,quo ligamur nedum proximo,ſed etiam Deo.

Iuſiurandum eſt affirmatio religioſa,quod ſeruandum eſt,quaſi Deo teſte promiſeris.

Reguli exemplum de fide & obſeruantia iuramenti.

70 Iuramentum contractus ſui natura reuocabiles reddit irreuocabiles: & excludit pœnitentiæ arbitrium.

71 Iuramentum impedit ne iuriſdictio prorogata etiam ante litem conteſtatam partium pœnitentia extinguatur.

Et ne pacto priori iurato per nouiſsimum derogetur.

72 Et ne conditio in fauorem tertij abſentis donationi appoſita etiam aliâs reuocabilis retractetur.& ſequen.

Et ne contractus innominati per pœnitentiam diſtrahantur.

Et ne donatio cauſa mortis ſecuta reconualeſcentia reuocetur.

73 Et ne ſecunda donatio in derogationem prioris iuratę ſuſtineatur.

74 Et ne iuri naſcituris liberis ex donatiõe in capitulis matrimonij facta quęſito pręiudiceꝫ.

Et ne con

75 Et ne confeſsio extraiudicium abſente parte facta aliâs inefficax contemnatur.
76 Cõſuetudo & frequẽtia actus operatur, vt cõtractus reuocabilis efficiatur irreuocabilis.
77 Reſurrectio mortuorum ſperari non debet, niſi illa vniuerſalis.
Spes prolis ſuſcipiendę veriſimilis iudicatur.
Veriſimile illud dicitur quod frequenter contingit.
Stipulatio vel legatum fieri poteſt de ea re, quæ non eſt in rerum natura, dummodo eſſe veriſimiliter ſperetur: vt de fructibus naſcituris, Arethuſę partu, &c.
Spes veriſimilis perſonę cui fit ſtipulatio, quemadmodum & rei ſtipulatę, operatur validitatem ipſius ſtipulationis.
78 Ius acquiritur perſonis naſcituris per medium alterius.
Quemadmodum & templo ædificando.
Donatio enim mediate in non entem conferri poteſt.
Priuilegium concedi non poteſt capitulo vel eccleſiæ quæ nondum eſt, ita q̃ ſtatim ſit priuilegiata: valet tamen priuilegium, quatenus in tempus quo erit edificata confertur.
Seruitus quo pacto ædificio futuro, vel futurę aquæ conſtitui poſsit.
79 Limitationes, & declarationes ad doctrinam Bar. in d. §. Flauius. ex præcedentibus recolliguntur. nu. 79. 80. & .81.
82 Conditio de certo nomine & armis deferendis legitima eſt.
83 Conditio omnis & cauſa finalis eſt de ſubſtantia probationis. & nu. 161.
Conditionibus in ſpecifica forma parendum eſt.
Præſertim poteſtatiuis, quæ indiuiduę exiſtimantur.

84 IN SECVNDO DVBIO.

85 DOnatarijs ex duobus præfertur is, cui prius res tradita fuit, q̃uis vltimus in titulo. nu. 85. declaratur tamen. nu. 96. & ſeq. & nu. 135.
Etiam ſi prima donatio iuramento fuerit confirmata.
86 Intereſſe tertij impedit retractationem contractus.
Conſenſus illius requiritur in diſtrahendo, cuius interuenit in contrahendo.
Omnis res per quaſcunq; cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.
Nihil tam naturale eſt, q̃ vnumquodq; eodem genere diſſoluere, quo colligatum eſt.
87 Cum quid directo fieri prohibetur, prohibiti cenſentur actus omnes, quibus ad illud per indirectum peruenitur.
88 Prohibitus alienare, perinde exiſtimatur prohibitus facere actum, ex quo poſsit ſequi alienatio.
89 Prohibitus alienare ſub pœna, incidit in pœnam ſi quic q̃ facit, ex quo ſequatur alienatio.
Prohibitus rem alienare, non poteſt eam habere pro derelicta. ibi.
Nec poteſt fideiubere pro alienante eam rem.
90 Nec poteſt ſuper ea re compromittere.
Princeps non poteſt partes ad compromittendum compellere.
91 Prohibitus alienare rem in fauorem alicuius non poteſt patientiam præſtare, vt ea res in illius præiudicium ab alio præſcribatur.
92 Bona immobilia pupillorum quemadmodum ſine cauſa & ſolennitate legitima diſtrahi non poſſunt, ita nec obligari.
93 Pœna impoſita per ſtatutum ludẽtibus ad azardum comprehẽdit eos, qui faciũt taxillos.
Venditione prohibita, iudicatur etiam interdicta pignoris conſtitutio.
94 Parentes non poſſunt abſq; legitima cauſa liberos exhæredare, ſeu legitima priuare.
Etiam nec per indirectum vtputa immenſam donationem faciendo.
Vel legando, fideicommittendo, aut aliâs grauando.
Vel confitendo ſe ſuaue bona creditoribus eſſe obnoxia.
95 Effectu non permiſſo nec modus videtur permiſſus, quo ad effectum peruenitur.
Prohibito aliquo, prohibetur etiam eius ſimile.
Non refert in modo ſed in qualitate vtendi.

96 Limitatio.l.quotiens. C. de rei vendi. vt non procedat concurrente hypoteca in priori donatione.nu.96.& ſeq.

Succeſſor ſingularis tenetur ſtare colono, cui res locata pro obſeruantia locationis per auctorem hypotecata fuit.

97 An autem ſufficiat generalis bonorum omnium hypoteca.

Genus quod non poteſt verificari niſi in vna ſpecie pro ſpecie habetur.

Quando vnica tantum ratio legis vel ſtatuti conſiderari poteſt, perinde eſt, ac ſi expreſſa fuiſſet.

98 Quid vltra hypotecam ad effectum dictę limitationis requiratur?

Reſeruatio ſpecialis in vnam cauſam omnes aliâs excludit.

Verba (e no en otra manera) hoc eſt, non aliter nec alio modo, ſunt admodum pręciſſa, nec patiuntur intellectum vel ſubauditionem.

99 Venditione prohibita, donatio etiam & omnis contractus dominij tranſlatiuus iudicatur prohibitus, non exiſtente ratione diuerſitatis.

100 Limitationes aliæ ad.d.l.quotiens.remiſsiue.

101 Diſcutitur abunde Conſtitutio Cathaloniæ, de qua ſupra. nu. 64. actum fuerat. & multis ſequen.

102 Forenſes particularibus locorum ſtatutis regulariter non ligantur. Fallit tamen vt nu. 111.& terdecim ſequen.

Statuta loci originis vel domicilij mariti nō vxoris cōſiderari debēt. Fallit vt nu.124.

103 Donatio ex cauſa dotis vel matrimonij communia cum dote habet priuilegia.

Leges vel ſtatuta generaliter diſponentia non præiudicant dotibus, vel inſtrumentis dotalibus, niſi ſpecificam de illis faciant mētionem. Vide tamen.nu.125.& ſequen.

104 Statuta generaliia q̄ inſtrumenta publica non probent, niſi reperiantur in memorialibus regiſtrata nō includunt inſtrumenta dotalia.

Statutum prohibens bona in forenſes alienari non comprehendit cauſam dotis.

Prohibitio alienationis generaliter à teſtatore facta non extenditur ad cauſam dotis.

Cridæ ſeu ſeu banna generalia non includunt mulierem in dote.

105 Renuntiatio ſeu quietatio generalis non refertur ad dotis actionem.

Quemadmodum nec ad legitimam.

Validum eſt argumentum de legitima ad dotem.

In generali reuocatione contractus non venit contractus dotis.

106 Statutum ſimpliciter donationem vel contractum annullans non comprehendit donationes vel contractus iuratos. vide tamen.nu.129.& ſeq.& nu.132.

Statuta debent interpretari ſecundum ius commune.

Actus iuratus ſemper potentius cooperatur q̄ non iuratus.

Papa caſſans conſuetudines vel ſtatuta non intelligitur caſſare iuramento confirmata.

107 Statuta laicorum non poſſunt etiam expreſſe derogare iuramento. Vide tamen. nume. 129.& ſequen.

108 Donatio ſpreta Conſtitutionis prohibitione facta nulla eſt ipſo iure.

Statutum eſt ius ciuile ciuitatis & ſeruandum in loco.

109 Dubitatio nulla ſupereſt, vbi habetur expreſſa legis particularis, ſeu ſtatuti diſpoſitio, quicquid ſit de iure communi.

Statutum vbi figit pedem, non eſt vlterius inquirendum.

Sed ſecundum ipſum eſt iudicandum.

Statuta dicuntur pręciſsi fori, ad vnguem atq; tenaciter obſeruanda.

Aduocatorum cauillationes non ſunt admittendę, vbi verba ſtatuti ſunt clara.

112 Comitatus Ruſcilionis eſt de diſtrictu Principatus Cathaloniæ, eiſdemq; legibus & conſtitutionibus regitur, & gubernatur.

Statuta reſpicientia ſubſtantiam vel ſolennitatem contractus ligant quoſcunq; forenſes in territorio ſtatuentium eiuſmodi contractus celebrantes.

Forenſes ratione contractus forum ſortiuntur in loco, in quo contrahunt.nu.113.

Forum ſortiri & ſtatutis ligari ad paria iudicantur.

In con

In contractibus inſpicitur locus contractus: in ſententijs locus ſententiæ: & in proceſsibus locus proceſſus.
Inſtrumentum factum in loco prohibito non facit fidem in aliquo loco.
Statuti ſententia ita anullat ſcripturam, ſicut ſententia iudicis.
In deciſſorijs inſtrumenti inſpicitur locus inſtrumenti.
114 Inſtrumenta non continent ſubſtantiam debiti, ſed ſolam probationem illius.
Statutum concernens inſtrumentum, & ita probationem contractus, dicitur reſpicere deciſſoria cauſæ.
In deciſſorijs cauſæ ſemper ſtatuta loci contractus obſeruantur.
115 Statutum quando dicatur directum in rem vel in perſonam.
Statutum diſponens de iure probationis dicitur in rem.
Statutum in rem ligat forenſes, in territorio rem illam agentes.
Statutum prohibens actum fieri, vtputa portare arma, extrahere bladum, vel quid ſimile, comprehendit forenſes in territorio actum prohibitum exercentes.
116 Statutum afficiens res immobiles, aſtringit forenſes ratione rerum ipſarum, quæ in territorio ſtatuentium ſunt conſtitutæ.
117 Vicecomitatus de Roda eſt ſitus in comitatu Ruſcilionis, & ita in diſtrictu Cathaloniæ.
Bona mobilia ſequuntur perſonam, immobilia vero territorium.
Conſuetudines & ſtatuta loci vbi feudum eſt ſitum in cauſis feudalibus obſeruari debẽt.
118 Subditus non poteſt contrahere cum forenſibus ſpreta lege patria.
Leges non debent cuiq; eſſe ludibrio.
Subditus peccat contrahendo contra legem patriam.
Obligatio nulla oritur lege obuiante.
Contractus inter clericum & laicum celebratus non valet, ſi non ſit ſeruata conſuetudo laicorum adhibens ſolennitatem eiuſmodi contractibus.
119 Statuto laicorum diſponente, ꝙ nobilis non poſsit recipere ceſsionem actionum contra popularem, non valet ea ceſsio nobili facta etiam per clericum, vel eccleſiam.
Statutum exigens inſinuationem in donatione comprehendit donationem per ſubditum etiam non ſubdito factam.
Teſtamentum laici abſq; ſolennitatibus legis ſecularis nullius eſt momenti, etiamſi clericus ſit in eo hæres inſtitutus.
120 Statutũ ad obuiãdũ fraudibus dicitur fauorabile, & vtilitatẽ publicã reſpicere. & nu. 131.
Reipublicę intereſt dotes conſeruari ad ſobolem procreandam, &c.
Statuta fauorabilia etiam forenſes indiſtincte aſtringunt.
Et extenduntur etiam extra territorium ſtatuentium.
121 Statuta & diſpoſitiones fauorabiles non reſtringuntur de habilitate.
Odia reſtringi debent, & fauores ampliari.
Diſpoſitiones fauorabiles celerius & efficacius pariunt ſuos effectus.
Leges ad obuiandum fraudibus & malitijs ſancitæ latam recipiunt interpretationem, etiam ſi materia eſſet odioſa.
122 Quando prohibitio ſtatuti eſt directa in notarios, non valent inſtrumenta per eos recepta, etiam inter clericos & forenſes.
123 Albienſis diœceſis eſt in ducatu Aquitaniæ.
Rex Aragonum, & Comes Barcinone nullum in temporalibus recognoſcit ſuperiorẽ.
Nec generaliter Reges Hiſpaniæ.
Ius creandi notarios pertinet ſolum ad ipſum Regem, & ad eos quibus de conſuetudine, vel priuilegio eſt indultum.
Notarius non poteſt conficere inſtrumenta extra iuriſdictionem & territorium eius, qui illum creauit.
Licet inſtrumenta confecta per notarium in territorio faciant fidem extra & vbiq;.
124 Intellectus. l. exigere dotem. de iudici.
125 Statutum generaliter annullans inſtrumenta comprehendit etiam inſtrumenta dotalia.
Statuti generalis diſpoſitio comprehendit etiam cauſas & perſonas priuilegiatas.

126 Proœmium ſtatuti ſignificat cauſam & rationem finalem ipſius.
Vbi eſt eadem ratio, eadem debet eſſe diſpoſitio.
Ratio eadem decidit plures caſus nõ per extenſionem, ſed quemadmodum genus comprehendit ſuas ſpecies.
Generalis diſpoſitio omnes includit caſus, etiamſi maior in vno, quàm in alio videatur ratio.
127 Generalis diſpoſitio priuilegia ſpecialia non tollit.
Generi per ſpeciem in toto iure derogatur.
Statutum generale etiam dotis cauſam includit, niſi ea in tali caſu reperiatur ſpecialiter priuilegiata. & nu. ſequen.
128 Priuilegia & iura ſpecialia reſtringi debent, non vero extendi.
Præſertim quando de alterius prẽiudicio tractaretur.
Fauorabilibus cauſis ita debitores ſumus, ne alijs iniuria inferatur.
Doti fauendum non eſt in fraudem, dolum, & detrimentum alterius.
129 Contractus ob fraudis præſumptionem ſtatuto laicorum anullati non firmantur iuramento.
130 Nec anullati cum cauſa & ratione bona, æqua, vel pia.
131 An id procedat, etiamſi Statutum de iuramento mentionem non faciat. nu. 131. & ſequẽ.
Notatur Iaſo. de ea re opinio in auten. ſacramenta puberum.
Fraus eſt delictum, & punitur, vt crimen ſtellionatus.
Publice intereſt delicta coerceri, eorumque occaſiones amputari.
Contractus ex cauſa publicę vtilitatis ſtatuto laicorum irritati iuramento minime confirmantur.
132 Ex ſeparatis nihil concludenter infertur.
133 Quotiens ſtatutum inſtrumentorum fidei & auctoritati derogat, nihil prodeſt iuramentum, quod præſtitum fuiſſe ex ipſius inſtrumenti tantum aſſertione allegatur.
Nam quemadmodum ex vi ſtatuti inſtrumentum non probat contractum, ita etiam nõ probat iuramentum, nec alia ad ipſum contractum acceſſoria.
Ius parum prodeſt in foro iudiciali, vbi eius probatio deficit.
134 Iuramentum nihil operatur in præiudicium tertij non contrahentis.
135 Inſtrumentum ſi nullum eſt, nullum eſt etiam præcarium, conſtitutum, & omnia in eo contenta.
Principali anullato, pariter nullum cenſeri debet, quicquid ſequitur ex eo, vel ob id.
Clauſulę ſpeciales tamdiu durant, q̃ diu durat actus principalis, & non vltra.
Omnia regulantur ſecundum naturam principalis promiſsionis.
136 Factum proprium nullus impugnare poteſt. fallit vt nu. ſequen.
Neque factum prædeceſſoris.
Factum defuncti reputatur factum hæredis, & è contra.
Hæres promittens de facto ſuo tantum, tenetur etiam de facto prædeceſſorum.
Ex facto defuncti ſucceſsio damnatur hæredis.
Admittendi non ſunt hi, quorum repelluntur auctores.
137 Quod lege prohibente factum fuit, etiam ab ipſo agente retractari poteſt.
Donatio non inſinuata per ipſummet donatarium reuocatur.
138 Res alienata contra prohibitionem teſtatoris ex legitima cauſa factam, poterit ab eodem, qui alienauit, recuperari.
139 Hæredes eiuſdem poteſtatis ſunt & iuris, cuius erat defunctus.
Vxor hæres mariti poteſt nihilominus vendicare fundum dotalem à marito alienatum.
Teſtator non poteſt remittere vſufructuario cautionem de vtendo arbitrio boni viri: Et ſi remittat, poterit nihilominus eius hæres eam exigere.
140 Nullum ipſo iure non poteſt ex poſt facto reuiuiſcere.
Teſtificatio excommunicati cum ſit ipſo iure nulla, non reconualeſcit per ſubſecutam abſolutionem.
De nullo non poteſt fieri aliquid, niſi celebretur actus retro ſimilis & ſolemnis.

In tertio

143 OBligatus ad factum absq; termino constituitur in mora illico, quo faciendi facultatem habuit,& non fecit.
Etiam absque aliqua interpellatione.

144 Hereditandi verbum in contractu appositum donationem,& actum inter viuos significat.
Præsertim ex communi vsu loquendi Cathaloniæ.

145 Rogatus restituere hæreditatem post mortem potest in vita restituere.
Debitum in diem antea solui potest,licet peti non possit.
Dilatio in dubio in grauati fauorem adiecta existimatur.
Renuntiandi fauoris sui cuilibet est tributa facultas.
Solutum ante diem condici,vel repeti tanq̃ indebitum non potest.
Fideicommissum ab hærede cum voluerit,relictum tractum habet,quandiu ipse vixerit: Potest tamen nihilominus ab eo in vita præstari.

146 Dispositio tunc resultat,quando concurrunt potestas & voluntas disponentis.

147 Compromissum secuto laudo vim & naturam transactionis obtinet,vt declaratur.

148 Arbitrorum facta & verba iudicantur facta & verba partium,qui compromiserunt.
Factum iudicis iuridice procedentis pro facto partis habetur.
Insolutum datio,vẽditio, vel adiudicatio facta per iudicẽ ab ipso debitore facta cẽsetur.
Inuestitura & admissio in fidem à iudice facta eundem operatur effectum, quem operatur facta à vero patrono.
Factum iudicis non est minoris efficacię,q̃ factum veri procuratoris.

149 Iudicium redditur in inuitum.
Compromissa magis ad naturam contractuum,quàm iudiciorum accedunt.
Contractus ab initio ex voluntario consensu procedunt.
Compromissa etiam legem & formam à consensu partium accipiunt.
Ad compromittendum nullus de iure compelli potest.

150 Arbitrorum potestas à compromisso partium vim & originem trahit.
Factum ab eo cui ego dedi faciendi potestatem,censetur à memetipso factum.
Electio ex commissione mea per alium facta,à me potius facta iudicatur.
Facere is dicitur,cuius nomine,seu cuius auctoritate actus explicatur.
Facta ab eo,qui à me causam habuit,à me potius acta existimantur.
Paria sunt facere,vel facienti consensum & auctoritatem præstare.

151 Intelligendum tamen est,quando consentiens est dominus rei,de qua disponitur.
Donare non solum dicitur,qui verbo donat, sed etiam ille qui consentit, si quidem res donata est ipsius consentientis.
Vnde eo casu debet insinuari donatio tanquam facta à consentiente.
Renuntiatio facta per filium ex iussu seu consensu patris perinde habetur,ac si facta fuisset ab ipso patre.

152 Consentiens de re sua, vel sibi obligata alterum disponere, videtur remittere omne ius suum in fauorem illius,in quem effectus dispositionis dirigitur.&c.& nu.153.
Etiamsi consensus ille non transierit in contractum.

154 Dominus consentiens vassallo vel emphyteote alienanti feudum, vel fundũ emphyteoticum præiudiciat sibi in totum quoad rem & pretium.

155 Consensus à me alteri de re mea disponenti præstitus vim habet mandati.

157 Renuntiatio iuris non minus factis,q̃ verbis induci & causari potest.
Factis enim vt verbis quis consentit,& ratificat.
Et facto quis confitetur,vel negat,& mentitur.

158 Animus & voluntas non minus facto,quàm verbis declaratur.
Etiam per actum nullum imperfectum,vel inualidum.

159 Quinimo euidentius voluntas facto declaratur,quàm verbis.
Factis prælatorum magis instruuntur subditi,quàm ex verbis.

Facta vero proximiora sunt, quàm nuda vocabula.
Mentis nullum maius testimonium, quàm qualitas inspecta verborum.
Imo nullum maius, quàm qualitas inspecta factorum. & c.

160 Voluntas ita ex non facto, quemadmodum ex facto declaratur.
Facti appellatione non factum continetur.

161 Si institutus sub conditione potestatiua recusat eam adimplere, defertur hæreditas succesiue vocato.
Neq; post recusationẽ pœnitere volens in præiudiciũ iuris secũdo quæsiti est audiẽdus.
Vocatus cõditionaliter non potest ius aliquod prætendere, nisi impleta prius cõditione.

162 Antecedenti necessario remoto, remotum etiam consequens existimatur.
Exclusus ab antecedenti necessario, exclusus etiam censeri debet à consequenti.
Destructo ordine, destruitur ordinabile.

163 Conditiones voluntarię, seu potestatiuę iudicantur appositæ pro forma dispositionis.
Actum non approbare, sed improbare dicitur, qui non recipit conditiones & formam, sub qua actus traditur.
Defectus formę respectu omittentis causat priuationem, & deuoluit facultatẽ in alium.
Formæ defectus fortior atque potentior dicitur, quàm renuntiatio.

164 Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet.

165 Conditio respectu recusantis eam implere defecta iudicatur.
Vocatus sub conditione ea defecta pro non vocato habetur.

166 Primogenitus non obtemperans cõditionibus sibi iniunctis priuatur iure & nomine primogeniti, iusq; illud & nomen transfertur directo & ipso iure in secũdo genitum.
Primogenitus non solũ dicitur qui primo natus est, sed etiã qui primo est à iure vocatus.
Translatio iuris, quę fit ante realem acquisitionem in persona prioris radicatam, semper operatur directo & ipso iure.

167 Si is ad quem feudum per succesionẽ iure obuenire debet, cõsentiat alterum de eo inuestiri nullum ad illud regressum habet.
Primogenitus Regis, vel Baronis, ad quem primo loco Regnum vel feudum pertinebat consentiens de eo secundo genitum inuestiri, priuatur iure suo.

168 Quemadmodum & agnatus proximior excluditur, si permittat & consentiat vlteriorẽ, seu remotiorem agnatum de feudo inuestiri.
Etiam si tacitus solummodo interuenerit consensus.

169 Habens ius in beneficio, si tacens in sui præsentia patiatur alteri de eo collationem fieri, iuri suo renuntiasse existimatur.

170 Quemadmodum & is, in cuius fauorem res est prohibita alienari, vel cui veniebat restituenda, si consentiat alienationi de ea re in alterum factæ, ius suum repudiasse videtur.
Nulli permissum est alienationi cui consensit, prætextu iuris sibi in re alienata competẽtis contrauenire.

171 Qui consentit, sua iura perdit, & aliena fortificat, regula est infallibilis.

172 Ius à primo repudiatum etiam intra tempus deliberandi, si extat certa persona ad quam deuoluatur, illico in eam transfertur, etiam nulla eius acceptatione desiderata.

173 Esau per cesionem primatus suos perdidit, nec recipere postmodum potuit, quod semel cesit.
Si primogenitus statuti vel consuetudinis beneficio prælatus renuntiat, incontinenti ius primogenituræ in secundogenitum transfertur.

174 Læsio in minoribus eo ipso probatur, quo ostenditur eos super iuribus sibi competentibus compromisisse: An & quando verum sit, declaratur. nu. 175. & sequen.
Minori conceditur restitutio in integrum, ob conditionem potestatiuam nõ adimpletã.
Curatorum auctoritas interueniens ratificat compromissum & transactionem cum minore factam.

176 Decretum iudiciale magnam inducit præsumptionem actus vtiliter gesti.
Et omnem doli vel fraudis suspitionem remouet.

Vbicunq;

Vbicunq; decretum in contractu minoris vel ecclesiæ interuenit, præsumendum est iustam causam, omnesq; debitas solennitates ex bona fide præcessisse.

177 Amicorum, vel propinquorum interuẽtus & auctoritas fraudis purgat præsumptiones.

178 An etiam concurrente curatorum auctoritate, Decreto, & amicorum interuentu minoris contractus per restitutionem subuerti possit? & nu. seq.

179 Læsio in reciprocis renuntiationibus non consideratur.

180 Ratificatio eorum quæ in minori ætate gesta sunt superueniente maiori ætate non tantum verbis, sed etiam factis declaratur.

181 Prout etiã eiusmodi ratificatio infertur per quinquẽnalem taciturnitatem maioris facti.

182 Iuramentum puberis impedit remedium restitutionis in integrum.

183 Dominium an & quando acquiratur per sententiam, vel adiudicationem à iudice, vel ab arbitrio factam? & nu. sequentibus.

184 Verbum adiudicamus, seu assignamus in laudo significat translationem dominij.

185 Declaratur glo. in. l. & ideo. in prin. de condic. furti.

186 Clausula constituti nulla vtilior, magis oportuna, nec frequentioris vsus reperitur.

187 In generali mandato seu commissione tacite omne id iniunctum intelligitur, quod fieri est consuetum.

188 Notarius tacite à partibus rogatus existimatur, vt clausulam constituti apponat in instrumento: Et idem in clausula precarij.

189 In mandato simpliciter procuratori facto tacite subintelligitur speciale mandatum ad constituendum.

Clausula precarij vel cõstituti omissa in instrumẽto habetur nihilominus pro appositа.

190 Clausula constituti & pręcarij dominium & possessionem transfert.

191 An id verũ sit, quotiẽs non cõstat tũc cõstituentẽ in possessione eius rei fuisse? & nu. seq.

192 In antiquis ex sola cõstituti clausula probatur tunc cõstituentem fuisse in possessione.

Mendax nullus in dubio præsumitur.

In antiquis sufficiunt verisimiles probationes.

193 Antiquum factum ex quo tempore iudicari debeat?

Vita hominis septuaginta est annorum: si autem in potentatibus octuaginta, amplius eorum labor & dolor.

Pueri quicquid vident, ignorant.

Memoria hominum labilis est & infirma, præsertim in senibus.

Senectus in memoria primũ incurrit: & homo primo læditur in memoria senescendo.

Probandi onus non solum propter impossibilitatem, verum etiam propter verisimilem difficultatem relaxatur.

194 Possessio constituentis probatur ex sola clausula constituti in præiudicium ipsius, & hæredum eiusdem.

Possessio locãtis nõ ꝓbatur in præiudiciũ tertij ex sola locatiõe & mercedis perceptiõe.

Bene tamen probatur cõtra conductorem, vel eum qui mercedem, aut pẽsionem soluit.

195 Hæres dicere non potest defunctum fuisse mentitum.

196 ## IN QVARTO DVBIO.

197 Verba cõtractuũ secundum propriã & strictam significationẽ interpretantur.

Tutius in dubio semper est verbis contractus inhærere.

Verba vbi cessant, vel eorum propria significatio adaptari non potest, cessat etiam dispositio.

Intentionis aut voluntatis quæstio nulla supereſt, quotiẽs verborum clara est dispositio.

Interpretatio, quæ fit ex coniecturata mente magis verificatur in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus.

198 Relatiuũ substãtiæ (quis vel qui) an & qñ restringat generalitatẽ prçcedentẽ? & nu. seq.

199 Et an restringat, quando species vel corpora vniuersitatis præcedentis reperiuntur nominatim descripta.

Falſa demonſtratio viciat contractus reſpectiuos, licet de corpore conſtet.
Demõſtratio pro parte vera & pro parte falſa, etiã in cõtractibus nõ reſpectiuis vitiat diſpoſitionẽ in ea parte, in qua falſa reperitur: ſiue reſpiciat genus, ſiue ſpeciem certam.
200 Verbum (dare) ſignificat dominij tranſlationem.
Qui nullum ius habet, nullum ius transferre poteſt. & nu. 254.
Mal da chi non ha diche la campana de ſan Petro.
201 Relatiuum ſubſtantiæ (quis vel qui) exponitur id eſt quatenus.
202 Verba diſpoſitionis ad ius, non vero ad factum ſunt referenda.
Verba teſtantium & contrahentium ad iuris intellectum referri debent.
203 Relatiuum (quis vel qui) adnexum verbo præſentis temporis, facit conditionem de præſenti. Et quæ dicatur propria conditio.
204 Dictio (reuertantur) & ſimiles quam ſignificationem habeant. & nu. ſeq.
205 Relatio ſemper ſalua ratione recti ſermonis fieri debet.
Verba contractus ad tempus ipſius contractus ſunt referenda.
Relatio in contractibus & ſimilibus ſemper ad tempus præſens eſt facienda.
206 Donationi perfectæ grauamen vel onus ex interuallo apponi non poteſt.
Grauamen illi iniunctum intelligitur, qui grauari de iure potuit.
Et in illis bonis impoſitum cenſeri debet, in quibus imponi de iure potuit.
Legitima non comprehenditur in fideicommiſſo vniuerſali.
Quia neq; ſpecialiter iniunctum in ea fideicommiſſum admittitur.
Argumentum valet de perſonis ad res.
Diſpoſitio nulla ſimpliciter vel indefinitè concepta vltra diſponentis poteſtatem porrigitur tam in contractibus, q̃ in legibus, ſtatutis, priuilegijs, & ſimilibus.
Voluntas cuiuſlibet talis ſemper eſſe præſumitur, qualis eſſe debet.
Velle quilibet exiſtimatur, vt diſpoſitio ſua ſecundum iuris regulas & intellectus interpretetur, non autem vt ad illicita & ſibi prohibita trahatur.
207 Grauamen reſtringi, & regulari debet ab honore, tanquam a ſua cauſa.
Subſtitutio intellectum accipit ab inſtitutione.
In contractibus oneroſis correſpectiuatio oneris ad commodum demonſtrat veram interpretationem ipſius contractus. & nu. 231.
208 Interpretatio in dubio facienda eſt, vt grauamen & onus minuatur.
Etiamſi ea interpretatione relictum caſſum & inutile redderetur.
Grauamen omne odioſum eſt, & ſtrictiſsime interpretandum.
209 Voluntas & intentio diſponentis ex præfationibus & proœmijs deprehenditur.
Interpretatio ſemp faciẽda eſt, vt cõtradictio, & inſtãtanea correctio euitetur. & nu. ſeq.
Error antea præſumitur, quàm exiſtimetur quis ſe in continenti correxiſſe.
211 Clauſula abſolute poſita non refertur ad omnia præcedentia, quotiens ex tali relatione implicaretur contradictio.
Qualitas etiam in vna oratione copulata ad ea non refertur, quæ repugnantiam & contrarietatem inducerent.
212 Nouatio non fit, niſi expreſſe actum fuerit inter partes.
Reſeruatio ſequens non derogat prioribus pactionibus, niſi expreſſum ſit, & alia interpretatio non reperiatur.
Pacta vnius contractus debent ita intelligi, vt non remoueant aliud.
Lex noua non derogat antiquioribus, niſi id exprimat.
Interpretatio ea eſt iuri gratiſsima, per quam diuerſa ad concordiam reducuntur.
Interpretatio ea ſequenda eſt etiã cum improprietate vel ſubauditione verborum, priuſquàm correctio admittatur.
213 Specialis actus derogat generali in omni materia.
214 Etiamſi generalis diſpoſitio haberet clauſulam derogatoriam.
Leges quando poſſunt aliqua diſtinctione concordari, nunquam interpretari debent, vt vna alteram corrigat.
Clauſa derogatoria non derogat his, quæ poſſunt diſtinctione concordari.

215 Relatio ea fieri non debet, ob quam actus inutilis & fruſtratorius redderetur.
216 Clauſula onerosa generaliter ſuppoſita non refertur ad eam partem diſpoſitionis, quæ iam ex præcedentibus propriam habebat determinationem.
Diſpoſitio nulla referri debet ad præterita iam deciſſa ſententia arbitrali, aut amicabili compoſitione tranſacta.
Diſpoſitio conuentionalis an ſit eiuſdem potentiæ cuius eſt legalis.
217 Reſeruationis natura quæ ſit?
Reſeruatio non operatur iuris noui acquiſitionem, ſed competentis conſeruationem.
Inducta ad vnum effectum non debent alium diuerſum operari. & nu. ſequen. & .234.
218 Relatio quæ aliâs ad omnia præcedentia fieret reſtringitur, vt ad ea nõ fiat, per quę actus contrarium eius ad quod ordinatus eſſet operaretur. & nu. 234.
219 Verba in dubio contra proferentem ſunt interpretanda.
Et contra illum, qui intentionem ſuam fundat in ipſa diſpoſitione.
Et contra concedentem ſeu donantem, pro donatario.
220 Acceptatio non amplius includit, quàm diſpoſitio acceptata.
Confirmatio in forma communi à ſuperiore facta nihil noui iuris tribuit, neq; extendit confirmatum ibi. & nu. ſequen.
223 Confirmatio actum validum & inualidum pari formiter reſpiciens, ad validum tantum, non vero ad inualidum eſt referenda.
Confirmatio ſtatuti generaliter à Romano pontifice facta non refertur ad illicitam & inualidam ſtatuti partem, ſed ad licitam tantum.
Iuramentum de ſeruandis ſtatutis intelligendum eſt de validis, non de inualidis.
224 Generalis improbatio non trahitur ad improbanti fauorabilia & vtilia.
Generalis acceptatio vinculorum non includit vinculum acceptanti damnoſum.
Generalis diſpoſitio reſtringenda eſt, ne quis indebite damnum patiatur.
Etiamſi ex reſtrictione inutilis atq; inanis diſpoſitio redderetur.
225 Reſtringitur etiam ne quis indebite ad lucrum admittatur.
Interpretatio illa in ambiguo eligenda eſt, qua nullus cõtrahentium damno afficitur.
Et illud ſequendum, quo minus partibus præiudicatur.
Et illud amplectendum, quod minus captionis in ſe habet. &c.
Liberalitatem captioſam interpretatio prudentum fregit.
226 Donatarius damnificari dicitur ex perfectę donationis retractatione.
Melius & ſanctius eſt aliquem nõ lucrari, q̃ ob eius lucrum alterum damnum pati.
Potior in omnibus eſt conditio damnum fugientis, q̃ lucrum aucupantis.
227 Conuentiones in continenti factæ iudicantur inuicem correſpectiuæ.
Correſpectiua non debent diuerſo iure cenſeri, ſed ita interpretari, vt poſito vno, ponatur & aliud: & vno remoto, aliud etiam remoueatur.
228 Diſpoſitio omnis, & in omni materia à ſua cauſa regulatur.
Non ſolum à cauſa expreſſa, verum etiam à præſumpta & coniecturata.
229 Ex duobus copulatis vel vtrumq;, vel neutrum verificari debet.
Diſpoſitio locum non habet, niſi verificato prius eius præſuppoſito.
230 Renuntiatio facta à donatario in continenti poſt donationem non habet effectum, niſi ſtante veritate ipſius donationis. & nu. ſequen.
Iuramentum tacite eas omnes cõditiones recipit, quæ in actu principali ſubintelligũtur.
Iuramentum tacitam ſemper habet cõditionem, ſi vera ſunt, quæ narrãtur. & nu. 267.
231 Filius inſtitutus à patre in re, quæ iam erat ipſius filij, nõ inſtitutus, ſed præteritus dicitur.
Nec filia dicitur à patre dotata, cui dos in bonis ipſius filiæ eſt conſtituta.
232 Aequalitas inter contrahentes eſt ſeruanda.
Vti enim ex æqualitate bona fides præſumitur, ita ex inæqualitate fraudis coniectura ſuboritur.
233 Diſpoſitio coarctanda eſt, vt æqualitas conſeruetur, & inæqualitas fugiatur.
234 Inducta ad augmentum iuris alicuius, in eius diminutionem retorqueri non debent.
Neq; inducta in confirmationem actus, deſtructionem illius debent operari.

235 Renũtiatio ſeu iurium remiſsio in dubio nunq̃ eſt præſumenda.
Imo potius ferendum eſt, quòd actus vitietur, & corruat.
236 Præſertim quotiens alia vel leuis interpretatio vel coniectura ad renuntiationem exclu
dendam capi poteſt, vt exemplis declaratur.
237 Indefinita non æquipollet vniuerſali, quando non eſt eadem ratio.
Nec clauſula generalis ad omnia ſuperiora pariter refertur ſubſiſtente rationis diuerſi-
tate. & nu. 246.
238 Renuntiationum materia odioſa eſt, & perquam ſtrictiſsime interpretanda.

239 ## IN QVINTO DVBIO.

240 Eliorum appellatione tam maſculi, quàm fœminæ comprehenduntur.
Fideicommiſſum alicui iniũctum ſi ſine filijs deceſſerit, expirat, etiam filiabus
ſolummodo ſuperextantibus: Quinetiam ſi vna tantum ſuperſit filia.
Maſculinum in fauorabilibus concipit fœmininum.
Differentias inter maſculos & fœminas ius commune deteſtatur.
241 Qualitas maſculorum an & quando in alijs eiuſdem diſpoſitionis capitibus repetita in-
telligatur? & nu. 245. & ſequentibus vſque ad nu. 249.
242 Appellatione liberorum vel deſcendentium maſculorum non includuntur deſcenden-
tes per fœminam, q̃uis ipſi ſint maſculi.
243 Non debet plus iuris eſſe in cauſato, q̃ procedat ab influenti potentia cauſæ.
Filiæ fœminę denegatum, nunq̃ conceditur deſcendenti ex ea, licet maſculo.
Radice infecta & excluſa, infecti etiam & excluſi palmites iudicantur.
244 Qualitas maſculorum qua ratione cenſeatur à diſponente conſiderata?
Filij paternam, non maternam familiam ſequuntur.
Bona per medium fœminarum in alienas familias transferuntur.
245 Qualitas pluribus copulatiue vel diſiunctiue ſubiecta ad omnia pariter eſt referenda, vt
exemplo declaratur.
Qualitas verbum qualificans, refertur ad omnia, quæ ab eo verbo reguntur.
246 Qualitas maſculorũ in vna oratiõe expreſſa, referri debet ad oẽs in ea oratione noĩatos.
247 Verba ambigua ex his quæ in alio præſertim connexo capite diſpoſitionis ſcripta ſunt
intellectum, & declarationem recipiunt.
249 Fidei humanæ nihil eſt congruentius, quàm ea quæ placuerunt ſeruari.
Præſumptionem maximam rectitudinis habent arbitrales ſententiæ.
250 Geminatio actuum confirmat rem geſtam multosq; effectus operatur, remiſsiue.

251 ## IN SEXTO DVBIO.

252 AEredes neq; ex propria perſona poſſunt defunctorum factis cõtraire: fallit
vt declaratur. nu. 255. & ſequen.
Alienationem extra familiam à prohibito factam hæredes alienantis, tanq̃ de
familia, & ita iure proprio retractare non poſſunt.
Neq; agnati vel filij hæredes vaſſali feudum ab eo alienatum reuocare.
253 Euictio expreſſe promiſſa obligat promittentem, etiam ſi vterq; rem, ſuper qua contra-
hitur, alienam eſſe cognouerit.
Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.
254 Nemo dat, quod non habet.
Pro non dato habetur, quod ab eo, qui dare non poterat datum fuit.
255 Quod à defuncto in hæredis fraudẽ actum eſt, idẽ ipſe hæres reuocare poteſt. & nu. ſeq.
256 In feudo antiquo filius & hæres patris factum poteſt impugnare.
257 Reſciſſo pacto principali, reſcinduntur etiam ſtipulationes euictionis, pacta pœnalia, &
alia acceſſoria. & nu. 279.
258 Vẽditor qui ꝓmiſit de euictione nõ tenetur, ſi euictio cauſetur ex facto ipſius emptoris.

Damnum

259 Damnum, quod quis ſuo facto vel culpa ſentit, ab alio non recuperat.
Libelli incertitudinem opponere non poteſt is, qui cauſa fuit incertitudinis.
Errorem alterius non coarguit, qui erroris cauſam præbuit.
Qui periculum oneris aduerſi vel caſus fortuiti in ſe ſuſcepit, non tenetur caſu eiuſmodi facto vel culpa creditoris contingente.
Statutum tollens reo omnes exceptiones non intelligitur illas remouere, quæ ex facto aduerſarij agentis proceſſerint: Quemadmodum renuntiatio omnium exceptionum eiuſmodi exceptiones non includit.
260 Retractu ex licentia ſtatuti vel conſuetudinis ſecuto venditor non tenetur emptori de euictione.
Quid ſi euictio ex facto vtriuſq; emptoris ſcilicet, & venditoris procedat?
261 Cauſa finalis illa dicitur, qua ſublata corruit diſpoſitio.
Ius fideicommiſsi cõditionalis ex contractu proueniens tranſmittitur ad hæredes.
262 Venditor non præſtat euictionem ex arbitrali ſententia, in vim compromiſsi per emptorem firmati, lata ſubſecutam.
263 Ceſſante cauſa impedimenti, ceſſat impedimentum.
264 Facti cauſa magis ſemper attendenda eſt & conſideranda, q̃ ipſum factum.
Quicquid ex cauſa conceditur ſecundum illam regulari debet.
265 Contractus redditur nullus, ſi eius cauſa finalis erronea reperiatur.
Quod etiam in donatione, & generaliter in quacunq; diſpoſitione procedit, vt ob cauſæ falſitatem, vel errorem vitietur.
266 Diuiſio facta cum putatiuo cohærede, tanq̃ vero, cognito errore retractatur, ſiue iuris error, ſiue facti interuenerit.
267 Diuiſio facta cum fideicommiſſario, tanquam hærede ex ea falſa cauſa vitiatur, non obſtante iuramento.
Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis: ſed debet habere tres comites veritatem ſcilicet, iudicium, atque iuſtitiam.
268 Conſtitutum factum ex falſa cauſa nullius eſt momenti, etiamſi conſtituens eam veram eſſe aſſeuerauerit.
Contractus ex cauſa putatiuæ obligationis factus quando nullus ipſo iure errore comperto reddatur?
Iuris error non nocet agentibus de damno vitando.
Iuris error impedit obligationem contrahi.
Conſenſus eſt ſubſtantia obligationum.
Errantis etiam in iure nullus eſt conſenſus. Quia nihil tam contrarium eſt conſenſui q̃ error qui imperitiam detegit.
169 Verba illa (conſulto, deliberate &c.) nihil proſunt, quotiens de errore conſtat.
270 Tranſactio ſubmergit iura ex prẽteritis cauſis tranſigentibus competentia, quatenus ipſi tranſactioni repugnant.
271 Remittentibus iura ſua non eſt vlterius ad ea dandus regreſſus.
273 Patri inteſtato omnes filij æqualiter iure communi attento ſuccedunt.
274 Datio in ſolutum venditioni æquiparatur.
Venditio ratione incertitudinis pretij vitiatur.
Azo vas electionis & fons legum à Baldo appellatur.
Datio in ſolutum ex cauſa debiti incerti atq; illiquidi facta non valet: declaratur controuerſia doctorum. in. l. à diuo Pio. §. ſi pignora. de re iudica.
275 Vt donatio remuneratoria dici poſsit, an neceſſe ſit, q̃ merita ſpecialiter probentur: vel vtrum ſtetur aſſertioni donantis?
Donatio remuneratoria nõ cẽſetur, niſi quatenus merita ſunt ęquiualẽtia rebus donatis.
Generales meritorũ aſſertiones magis ex cõmuni notariorũ cõſuetudine, & ad colorem & honorẽ quẽdam, q̃ ob verã & coæqualem benemeritorũ exiſtentiam exprimuntur.
Quæ ex conſuetudine notariorum ſcribuntur parum conſiderari debent, remiſsiue.
276 Diſpoſitio ex pluribus cauſis ꝓcedẽs ſuſtinetur, etiã altera ex cauſis ceſſante vel remota.

Sententia

Sententia iudicis non corruit ex falsitate vel errore causarum, modo vna ex expressis verificari possit.

Quod tamen qualiter sit intelligendum declaratur ibi.

277 Datio in solutum facta pro maiori quantitate debiti, quàm vere deberetur vitiatur in totum, etiamsi in modico sit erratum.

278 Quod idem ex communi sententia procedit etiam in conuentionali in solutũ datione.

279 Qua de causa in solutum datione vitiata, nihil operantur pacta pœnalia, stipulationes euictionis, promissio de defendendo, neq; alia huiusmodi appendicia.

FINIS.

*Errata insigniora excusso consilio deprehensa quæ lectorem remorari possent ita emundato. In facti narratione, pagi.3.linea.2. Vbi scribitur.ijs.legendum est.15. Et pagi.ead.linea.42. Vbi scribitur.descindenda.legendum est. decidenda. Et nu.28.line.7. natura. lege natura. Et nu.44.line.27. Vbi scribitur.in Gallus.legendum est.in.l. Gallus. Et nu.117. bona immobilia. lege. bona mobilia. Cætera leuiora si quæ forsan occurrent, legentis correctioni prætermittuntur.*